
BURNDY
LIBRARY
Chartered in 1941


GIFT OF
BERN DIBNER

*The Dibner Library
of the History of
Science and Technology*

SMITHSONIAN INSTITUTION LIBRARIES



Alchabitius cū cōmento.
Cū gratia et priuilegio.



Libellus iſagogicus abdilazi. ideſt ſerui glorioſi dei: Qui dicitur alchabitius ad magiſteriuȝ iudiciorū aſtrorum interpretatus a ioanne hiſpalenſi ſcriptumque in eundem a ioanne ſaxonie editum vtili ſerie connexum incipiunt.

Poſtulata a domino ꝓlixitate vite ceyphadala. i. gladij regni ⁊ durabilitate ſui honoris cuſtodia quoqȝ operum eius ſiue bonorum atqȝ extenſione ſui imperij: exordiamur id quod volumus narrare. Cū vidiſſem cōuentum quorundaȝ antiquorum ex auctoribus magiſterij iudicioruȝ aſtrorum edidiſſe libros quos vocauerūt introductorios huius magiſterij id eſt iudiciorum aſtrorum: ſed quoſdã ex eis nō fuiſſe ſcrutatos diligenter vniuerſa que neceſſaria ſunt in eodem magiſterio de his que conueniunt introductorio. quoſdam vero ea que neceſſaria ſunt protuliſſe prolixe: ⁊ qȝ quod neceſſarium eſt in eo perijſſe cernerem. Quoſdam quoqȝ in ordinatione eorum que protulerunt nō inceſſiſſe itinere diſcipline conſpexiſſem cepi edere hunc librum: ⁊ poſui eum introductoriuȝ. atqȝ collegi in eo ex dictis antiquorū qcquid neceſſariuȝ eſt huic magiſterio ſecundum modum introductoriū: ⁊ nō introduxi ratiocinationes diſputationi ſiue defenſioni eorum que protulimus neceſſarias cum ſint in libro Ptolomei qui appellatur alarbamacalet id eſt quattuor tractatuum: ⁊ in libro meo quem edidi in confirmatione magiſterij iudiciorum aſtrorum: ⁊ in deſtructione epiſtole haiſſebenhali in annullatione eius ex ratiocinatione que ad hoc poſſint ſufficere: ⁊ diuiſi eum in quinqȝ differentias. Prima differentia eſt in eſſe circuli ſignorum eſſentiali ⁊ accidentali. Secunda differentia in naturis planetarum ſeptem: ⁊ qd illis proprium: ⁊ quid ſignificent. Tertia differentia in his que accidunt planetis ſeptem in ſemetipſis: ⁊ quid accidat eis adinuicem. Quarta differentia in expoſitione nominum aſtrologorum. Quinta differentia in vniuerſitate partium ⁊ expoſitione eſſe earum in gradibus.

Differentia prima.

BF
1676
Q01
1502
RB NMAH

De diuiſione circuli ſignoꝛuꝫ

NJtach ideſt circulus ſignoꝝ diuidiť in.xij. ptes equales ſcđꝫ diuiſionē circuli ſignorū: ⁊ hee.xij.ptes dicunť ſigna ⁊ referunť ad imagines q̃ ſunt ſub eodē zodiaco circulo: q̃ ſunt Aries Taurus Gemini Cācer Leo Uirgo Libꝛa Scoꝛpius Sagittariuſ Capcoꝛnus Aq̃rius ·piſces. Et vnūquodq; iſtoꝝ ſignoꝝ diuidiť in.xxx.ptes eq̃les: q̃ gradus vocanť. Et gradus diuidiť i.lx. minuta: ⁊ minutū in.lx.ſcđa: ⁊ ſcđꝫ i. lx.tertia. Silr̃ q̃ ſequunť quarta.ſ.⁊ qnta aſcendēdo vſq; ad īfinita. ¶ Et ſex ex his ſignis ſunt ſeptētrionalia.i. ab initio arietis vſq; in finem virginis q̃ ſunt ſeptētrionalia a linea eqnoctiali: ⁊ ſex meridiana.i.ab initio libꝛe vſq; in finē piſciū. Et ſex ex illis dicūť directe aſcēdētia ideſt ab initio cancri vſq; i finē ſagittarij. Et ſex toꝛtuoſe aſcēdentia dicunť.i.ab initio capꝛicoꝛni vſq; in finē geminoꝝ. Et toꝛtuoſe aſcēdētia obediūt directe aſcēdētibus: hoc ē: duo ſigna q̃ fuerint vnius lōgitudis a capite cācri obediūt ſibi vt gemini cācro. Taurus leoni Aries virgini. Et piſces libꝛe aq̃rius ſcoꝛpioni. Et capꝛicoꝛnus ſagittario. ¶ Et duo ſigna q̃ fuerit vnius lōgitudis a capite arietis dicunť ꝯcoꝛdātia in itinere vt aries ⁊ piſces. Taurus ⁊ aq̃rius. Gemini ⁊ capcoꝛnꝰ. Cācer ⁊ ſagittariꝰ. Leo ⁊ ſcoꝛpio. Uirgo ⁊ libꝛa. ¶ Et vocať medietaſ circuli q̃ ē ab initio leonis vſq; i finē capcoꝛni medietas maxia: ⁊ ē medietas ſolis: qꝛ ſol in oi hac medietate hꝫ pꝛincipiū ſicuti hn̄t plāete i ſuis terminis. Et alia medietas q̃ ē ab initio aq̃rij vſq; in finē cācri vocať minima: ⁊ eſt medietas lune: qꝛ lūa ſilr̃ hꝫ in oi hac medietate ꝑncipiū ſicut ſol in maxia ⁊ vocať illa medietas q̃ eſt ab initio arietꝭ vſq; in finē virginis medietas calida: ⁊ alia q̃ eſt ab initio libꝛe vſq; in finē piſciuꝫ vocať medietas frigida. Et vocať illa q̃rta ps circuli que eſt ab initio Arietꝭ vſq; in finē geminoꝝ quarta calida hūida vernalis puerilis ſanguinea. Et illa q̃ ē ab initio cācri vſq; in finē virginis dř q̃rta calida ſicca eſtiualis iuuenilis colerica. Et illa q̃ eſt ab initio libꝛe vſq; in fineꝫ ſagittarij dř q̃rta frigida ſicca autūnalis melācholica: ⁊ ſignificat initiuꝫ diminutiōis mediocris etatꝭ. Et illa q̃ eſt ab initio capꝛicoꝛni vſq; in finē piſciū dř q̃rta frigida hūida defectiua ſenilis hyemalis flatica. Oibus āt plāetis q̃ ferunť in his ſignis non ꝙ ſint in eis: ſed qꝛ ferunť ſub eis hoc ē indirecto eoꝝ. Altioꝛ ⁊ ꝓpioꝛ circulo ſignorū ⁊ curſu tardioꝛ eſt Saturnus: deinde Jupiter. deinde Mars. deinde Sol. deinde Uenus. deinde Mercurius. deinde Luna que eſt terre ꝓpioꝛ ⁊ curſu oibus velocioꝛ. Significātur autē etiam per caput draconis ⁊ caudam cū planetis quedaꝫ ſignificatiōes ſicut exponemus in ſequētibus.

De domibus planetarum.

HAbent quoq; planete in his ſignis poteſtates: quaſdam p naturā quaſdā per accidēs. ¶ Que ſūt p naturā ſunt hee domus. Exalta-

tio.Terminus.Triplicitas.Facies.De illis autem que per accidens ſunt loco conuenienti tractabimus. ¶Domus ſunt hee Aries ⁊ Scorpius.domus Martis Taurus ⁊ libra.domus Ueneris .Gemini ⁊ virgo.domus Mercurij Cácer.domus Lune Leo.dom⁹ Solis.Sagittarius ⁊ piſces.domus Jouis.Capricornus Aquarius.domus Saturni.Septimū autem ſignum a domo vniuſcuiuſqꝫ planete dicitur eiuſdem fore detrimentum.Et ſi duo ſigna fuerint domus vnius planete:dicuntur concordantia in almantica:hoc eſt in circulo qui latus eſt in medio ⁊ in ligatura ſtrictus:⁊ habet ſignificare circulum zodiacū.¶Signa autem in que planete dum intrant dicuntur gratulari in eis ⁊ domini eorum ſecundum dorothiuʒ ſunt hec.Saturnus dum intrat aquariuʒ gaudere dicitur Jupiter in ſagittario.Mars in ſcorpione.Uenus in Tauro: ⁊ Mercurius in Uirgine.

De exaltationibus planetarum.

HEc ſunt exaltationes planetarum.Sol exaltatur in ariete:hoc eſt in.xviiij.gradu eius.Luna in.iij.gradu.Tauri Saturnus in.xxi.libre.Jupiter in.xv.gradu Cácri.Mars in.xxviij.gradu Capricorni.Uenus in.xxvij.gradu piſcium. Mercurius in.xv.Uirginis Caput draconis in.iij.gradu geminoꝝ. Et cauda in.iij.gradu Sagittarij. In ſeptimo autem ſigno ab exaltatiõe vniuſcuiuſqꝫ planete:in ſimili gradu erit eius deſceſio:Vbi gratia:ſicut ſol exaltat̃ in.xviiij.gradu arietis.ita ī.xviiij.gradu libre cadit:⁊ ſic de ceteris.Ptolomeus auteʒ ponit arietem totum exaltationem ſolis.Et thaurum totum exaltationem Lune ⁊ cetera ſimiliter.

De triplicitatibus.

TRiplicitates vero ſic diſtinguimus.Quia enim tria ſigna que in vna natura videntur concordari faciunt triplicitatem ⁊ eodem nomine vocantur.hoc eſt triplicitas.Aries ergo Leo ⁊ ſagittarius faciunt triplicitatem primam:quia vnūquodqꝫ iſtorum ſignorum eſt igneum maſculinum.diurnum calidum.ſ.⁊ ſiccum colericum:ſapore amarum.eſt quoqꝫ ⁊ hec triplicitas orientalis.Cuius domini ſunt in die ſol ⁊ in nocte Jupiter ⁊ eoꝝ particeps in die ac nocte eſt ſaturnus ¶Triplicitas ſecunda eſt ex Tauro virgīe ⁊ capricorno: quia hec ſūt ſigna feminina nocturna terrea frigida.ſ.⁊ ſicca melácolica ſapore acria meridiana. ¶Huius quoqꝫ triplicitatis domini ſunt in die Uenus ⁊ nocte luna quaruʒ particeps ī die ac nocte ē Mars. ¶Tertia triplicitas eſt ex geminis libra ⁊ aquario:quia hec ſigna ſūt maſculina diurna ſanguinea.ſ.calida humida aerea ſapore dulcia occidentalia.Cuius triplicitatis domini ſunt in die Saturnus ⁊ in nocte Mercuriuʒ:eorū quoqꝫ pticeps ī die ac nocte eſt Jupiter. ¶Quartaʒ vero triplicitatem faciunt Cancer Scorpius ⁊ piſces:quia hec ſunt feminina nocturna ſeptentrionalia aquatica flatica frigida humida ſapore ſalſa. Cuius triplicitatis domini ſunt in die Uenus : ⁊ in nocte Mars:quoruʒ particeps in die ac nocte eſt Luna.

DSI

Tabula domoꝝ exaltationū Gaudioꝝ caſuum ⁊ Triplicitatū planetarum.

♈	♂ die	☉ 19 di.		♄ 21	☉ d.	♃ n	♄	a
♉	♀ no.	☽ 3	♀		♀	☽	♂	b
♊	☿ di.	☊ 3		☋ 3	♄	☿	♃	c
♋	☽ d.n.	♃ 15		♂ 28	♀	♂	☽	d
♌	☉ d.n.				☉	♃	♄	a
♍	☿ n.	☿ 15	☿	♀ 27	♀	☽	♂	b
♎	♀ d.	♄ 21		☉ 19	♄	☿	♃	c
♏	♂ n.		♂	☽ 3	♀	♂	☽	d
♐	♃ d.	☋ 3	♃	☊ 3	☉	♃	♄	a
♑	♄ n.	♂ 28		♃ 15	♀	☽	♂	b
♒	♄ d.		♄		♄	☿	♃	c
♓	♃ n.	♀ 27		☿ 15	♀	♂	☽	d


De ſignis mobilibus fixis ⁊ cōmunibus.

Quattuoꝛ quoqꝫ ex his ſignis dicuntur eſſe mobilia.ſ.Aries Cācer Libꝛa ⁊ Capꝛicoꝛnus.Et quattuoꝛ fixa.ſ.Taurus Leo ſcorpius ⁊ aquarius.Reliqua vero quattuoꝛ.ſ.Gemini Uirgo Sagittarius ⁊ piſces ſunt cōmunia.Dicunt̄ aūt mobilia fixa vł cōmunia:quia qn̄ Sol ingreditur aliqđ iſtoꝛum mouetur.i.mutatur tempus vel figitur.i.ī eodē ſtatu perſeuerat:aut fit cōmune.i.medietas illius vnius tempoꝛis erit vt medietas alterius:verbi gratia:quando ſol ingreditur ſignū arietis tp̄us mutatur ideſt vertitur hyems in ver.Et quando intrat Taurū figitur idem tempus vernale quādo vero ſol ingreditur geminos fit tempus cōmune.i. dimidium veris ⁊ dimidium eſtatis ⁊ ſic de ceteris.

De aſpectibus planetarum.

Dicuntur ēt ſigna ſe aſpicere:hoc eſt oē ſignū aſpicit tertiū ante ſe ⁊ tertiū poſt ſe qđ ē vndecimū ⁊ hic aſpectus dicit̄ ſextilis ⁊ ē aſpectꝰ dilectiōis ⁊ medie amicicie:⁊ dicit̄ ēt ſextilis eo ꝙ teneat ſextā partē circuli.i.lx.gradus:verbi gratia:planeta qui fuerit in initio Arietis aſpicit eū q fuerit in gemini ante ſe ⁊ eū qui fuerit ī aquario poſt ſe q eſt aſpectus amicicie.Et aſpicit quartū ante ſe ⁊ quartū poſt ſe.i.decimum ⁊ hic aſpectus vocat̄ tetragōus eo ꝙ tenet q̄rtā ptem celi.i.lxxxx.gradus:⁊ eſt aſpectus diſcoꝛdie atqꝫ medie inimicicie.⁊ aſpicit quoqꝫ quintum ſignū ante ſe ⁊ quintum poſt ſe qđ ē nonū:⁊ hic aſpectus dicit̄ trigonus vel trigona radiatio eo ꝙ tertiā ptē celi.i.cxx.gradus teneat:⁊ eſt aſpectus cōcoꝛdie ⁊ dilectiōis pfecte.Aſpicit aūt ſeptimū per oppoſitionē:⁊ eſt aſpectus inimicicie pfecte.Et ſi in his ſignis ita ſe aſpicientibꝰ fuerint planete dicunt̄ ſe aſpicere hic ē aſpectꝰ.⁊ ſi duo planete fuerint in vno ſigno dicunt̄ cōiuncti.Cum vero fuerit planeta ī aliquo ſigno erūt radij illiꝰ ī ſignis illis q̄ aſpiciunt ipſuꝫ ſignum in ſimili gradu atqꝫ minuto:verbi gratia: ſi fuerit mars in pꝛimo gradu arietis ⁊ in pꝛimo minuto eiuſdē gradus erunt radij eiuſ in pꝛimo gradu ſigni libꝛe ⁊ in pꝛimo minuto eiuſdem gradus:⁊ ſic intellige de ceteris aſpectibus vt in hac figura patet euidentiſſime.

Figura aſpectuum.



De terminis plane tarum.

Unt quoqȝ plāetaꝝ in ſignis termini vel fines:q2 in vnoquoqȝ ſigno hñt qnqȝ planete termios p diuerſos grad⁹ diſpoſitos:nā ab initio arietis vſqȝ ad ſextū gradū eiuſdē arietis eſt terminus Jouis: ⁊ a ſexto vſqȝ ad.xii.terminus veneris: ⁊ a.xii. vſqȝ ad.xx. terminus Mercurij.⁊ a.20.in. xxv.terminus martis Saturni: ⁊ pp diuerſitatē eoꝝ graduū:⁊ grauitatē eoꝝ memorie deſcripſim⁹ eos in tabula vt leuius eēt opus. Termini egyptioꝝ ⁊ dicunt eſſe hermetis.

♈	♃	6	♀	6	☿	8	♂	5	♄	5
♉	♀	8	☿	6	♃	8	♄	5	♂	3
♊	☿	6	♃	6	♀	5	♂	7	♄	6
♋	♂	7	♀	6	☿	6	♃	7	♄	4
♌	♃	6	♀	5	♄	7	☿	6	♂	6
♍	☿	7	♀	10	♃	4	♂	7	♄	2
♎	♄	6	☿	8	♃	7	♀	7	♂	2
♏	♂	7	♀	4	☿	8	♃	5	♄	6
♐	♃	12	♀	5	☿	4	♄	5	♂	4
♑	☿	7	♃	7	♀	8	♄	4	♂	4
♒	☿	7	♀	6	♃	7	♂	5	♄	5
♓	♀	12	♃	4	☿	3	♂	9	♄	2

Ubi preponuntur triplicitates terminis.

Quidam autem ꝑponunt triplicitates terminis eo ꝙ domini triplicitatum ſunt fortiores in nutritione: qꝛ ſignificāt nutritionē: ⁊ qꝛ nulla diſcordia eſt in triplicitate: ſicut eſt in terminis cum ꝑponunt: ⁊ qdam preponunt terminos triplicitatibus: eo ꝙ domini terminorum ſunt fortiores in directione.

De faciebus ſignoꝝ ⁊ cui planetarum attribuūtur.

Facies aūt ſignoꝝ ſunt he: vnūquoqꝫ ſignuꝫ diuidit̄ in tres partes equales: quelibet pars conſtat ex.x.gradibus ⁊ vocatur facies q̄rum initium eſt a primo gradu arietis. Prima ergo facies eſt a p̄mo gradu arietis vſqꝫ in.x.⁊ datur Marti. Secunda uſqꝫ ad.xx. graduꝫ.⁊ datur Soli qui ſuccedit ei in ordine circulorum. Tertia vſqꝫ ad finem p̄dicti ſigni.⁊ eſt Ueneris: ſimiliter prima facies Tauri eſt Mercurii q Ueneri ſuccedit: ⁊ ita vſqꝫ in finem ſignoruꝫ. ¶Cum igitur habueris gradum in aliquo ſigno ⁊ volueris ſcire ex cuius planetarum facie ſit: ſume ab initio arietis ſigna integra vſqꝫ ad ſignuꝫ de quo volueris ſcire ⁊ triplica ea ⁊ quod ſupfuerit adde ſuper hoc qđ preterijt ex faciebus illius ſigni de quo faciem ſcire volueris cum eadem facie cuius dn̄m ſcire volueris ⁊ proijce a planeta qui eſt dominus faciei ſigni arietis qui eſt Mars ſcđm ſucceſſiōeꝫ circulorum.7.7.7.7 qđ remāſerit infra ſeptem numera a Marte p ſucceſſionem planetarum: ⁊ quo finitus fuerit numerus erit prima facies illius ſigni vnde fuerit gradus vſqꝫ i.10.eiuſdē ſigni illius planete apud quem numerus erit finitus: ⁊ a.x.vſqꝫ in.xx.alterius planete qui illum ſuccedit: ⁊ a.xx. vſqꝫ in fineꝫ alterius ſigni qui ei ſuccedit: ⁊ in cuius decimo fuerit gradus ex ſigno erit facies illius planete. vocātur etiam domini facierum iſtarum a qbuſdam decani cuius ſequitur tabula.

In ♈	♂	10	☉	10	♀	10
In ♉	☿	10	☽	10	♄	10
In ♊	♃	10	♂	10	☉	10
In ♋	♀	10	☿	10	☽	10
In ♌	♄	10	♃	10	♂	10
In ♍	☉	10	♀	10	☿	10
In ♎	☽	10	♄	10	♃	10
In ♏	♂	10	☉	10	♀	10
In ♐	☿	10	☽	10	♄	10
In ♑	♃	10	♂	10	☉	10
In ♒	♀	10	☿	10	☽	10
In ♓	♄	10	♃	10	♂	10

De virtutibus planetarum.

Et qꝛ iam annuente deo tractauimus de poteſtatibus planetaꝝ in ſignis q̄ ſūt domus exaltatio triplicitas terminus ⁊ facies. Nūc igitur tractemus de virtutibꝰ ſeu fortitudinibus eoꝝ in ipſis. nā dn̄s domus hꝫ.5.fortitudines: ⁊ dominus exal.4.⁊ dn̄s tripli.3.dn̄s termini duas: ⁊ dn̄s faciei vnā. Intellige ergo ex h̄ nume-

ro fortitudines planetarum. q.n. magis abundant in numero magis abũdant in fortitudine: et quidam preponũt terminũ triplicitati.i. volũt vt dñs termini sit fortior dño triplicitatis: sed iam exposuimus supius in quo valet vnusquisque.
Quidam ẽt de hac re tale dederũt cõparationem dicẽtes qđ planeta cũ fuerit in domo sua est similis viro in domo atque in dominatiõe sua: et cum fuerit in exaltatiõe sua est similis viro i regno suo et gloria: et cum fuerit in termino suo est sicut vir inter parẽtes et cognatos suos atque gẽtes: et cum fuerit in triplicitate sua erit sicut vir in honore suo: et iter auxiliatores atque mistros suos et cũ fuerit in facie sua erit sicut vir in magisterio suo. He sũt vniuerse potestates planetarum: essentiales in signis et sequũtur has figure signorum.

De essentijs signorum et qd significent in semetipsis.

Quia in signis sunt q̃dam signa q̃ dicunt rõnalia.s. Uirgo Gemini Libra et Aquari⁹ et pma medietas Sagittarij qr eorum imagines in circulo ad imagines hoium figurant hec quoque dicunt signa pulchras voces habẽtia hec quoque vigent cũ fuerint in oriẽte. Et q̃daz dicunt alas habẽtia.s. Gemini Uirgo et Pisces. Et q̃dã q̃drupedia: vt Leo et Sagittarius. Quedã eorum sunt domestica: vt Aries Taurus Capricornus: et hec vigẽt cũ fuerint in meridie. Uirgo aũt et Capricorn⁹ et Aquarius vigẽt cũ fuerint in Septẽtriones. Et ex signis q̃dam sũt tortuosa et vitiosa.s. Aries Taurus Cancer Scorpio et Capricornus. Et q̃daz ex eis dicunt plures proles hñtia.s. Cancer Scorpio et Pisces. Et hec vigẽt cũ fuerint in occidẽte. Et q̃dam ex eis sunt sterilia: vt Gemini Leo et Uirgo. Et q̃dã sunt paucos filios hñtia: vt Aries Taurus Libra Sagittarius Capricornus et Aquarius. Et q̃dam dicũtur multũ luxuriosa.s. Aries Taurus Leo et Capricornus. Et ex signis q̃dam dicunt mediã vocẽ hñtia q̃ formant ad imagies aialium balãtium et mugiẽtium et rugiẽtium: ut Aries Taurus Leo et Capricornus: et vltima pars sagittarij. Et q̃daz sunt voce carẽtia.s. illa q̃ formant ad imagines aialium voce carentium.s. Cancer Scorpius et Pisces.

De significationibus signorum.

Et vnũquodque signũ hz ppriã significatõez in his q̃ significant ex creatiõe membrorum et morib⁹ hoium et regionũ et seminũ et arborũ et cetera. Aries hz ex corpe hois caput et faciẽ et ex regiõib⁹ bebil: et feriz.i. babiloniã et psidam et arabiã et falastim et palestinã. Taurus hz arbores q̃ plantant: et ex corpe hois hz collũ et guturis nodũ: et ex regiõibus ezetimet et almechim et sandẽ et araterad. Gemini est signũ largũ boni ai et hz ex corpe hois humeros et brachia et manus: et ex regiõib⁹ vigeti et armeniã nuthrabigẽ eteleninistet.i. egyptũ etbartha. Cancer hz ex arborib⁹ eas q̃ fuerint eq̃les lõgitudie: et ex corpe hois pectus cor stomachũ costas splenẽ et pulmonẽ et ex regiõib⁹ armeniã minorẽ et oriẽtalẽ plagã buthabẽ et massez et acin: et hz pticipatiõez in barach et atrabicen. Leo hz arbores pceras.i. longas calidus et versutus: et multe angustie atque tristicie: et ex corpe hois stomachũ cor dorsum latus et ex regiõib⁹ artitri vsque in finẽ regionis habitabilis. Uirgo hz qcqd seminat ex seminib⁹ et est larga boni ai: et hz ex corpe hois vẽtrem et interiora.s. telam.i. dyafragma et intestina: et ex regionib⁹ argumẽta et

aſſem ideſt quedam regio circa hieruſalem ⁊ alforas ideſt eufraten ⁊ inſulã que hiſpania ⁊ feſtix uel afeum. Libra habet arbores ꝑceras ⁊ eſt larga boni animi: ⁊ habet ex corpore hominis lumbos ⁊ inferiora ventris vmbilicuꝫ ⁊ pectinem ⁊ verenda anchas ⁊ ilia ⁊ nates: ⁊ ex regionibus terram romanorum vel grecorum ⁊ que ſuccedunt eis affines vſque ad Africam: habet etiam araffe vel azim vſqꝫ in finem ethiopie ⁊ barthan: habet ⁊ carmen ⁊ fegeſtem ⁊ thebis uel thebil ⁊ tabraſten barah ⁊ ambarath. Scorpius habet arbores longitudine equales largus boni animi ⁊ habet ex hominis corpore verenda teſticulos veſicam anum ⁊ femora ⁊ ex regionibus helebiget ⁊ rura Arabum ⁊ fines eius vſqꝫ in allegem: ⁊ habet in alchach participationem. Sagittarius ingenioſus ⁊ calidus habet ex corpore hominis femora: ⁊ ex regionibus ethiopiam ⁊ maharaben ⁊ achiut vel acenit vel achichit q̄ eſt india. Capricornus bone vite iracundus cautus ⁊ calidus: multe triſticie habens ex corpore ſe hominis genua: ⁊ ex regiōibus ethiopiã annaban alcon ⁊ acuith ⁊ mahamen vſqꝫ ad duo maria etabant ⁊ achuit que eſt india. Aquarius habet ex corpore hominis crura vſqꝫ ad inferiora cauillarum ideſt tallorum ⁊ ex regionibus azenes ideſt nigredinem ⁊ althupha ⁊ partes eius ⁊ terram elfies ⁊ partem terre egypti ⁊ occidētaleꝫ plagã ⁊ terre achiut. Piſces calidus ⁊ cautus commixtus multi coloris habēs ex corpore hominis pedes: ⁊ regionibus carabrarem ⁊ ſeptētrionalem plagam terre iūrgem ⁊ participationem in romanis vſqꝫ ad effen habet inſulam ⁊ egyptum ⁊ alexandriam ⁊ mare licium.

De ſignificatione planetarum in ſignis ſm membra hominis.

ET ſi quidem planete ſignificauerint dolorem habent in vno quoqꝫ ſigno membrum ſibi proprium. Tractemus ergo de doloribus planetarum in ſignis: ⁊ primum incipiamus ab Ariete Saturnus ī ariete habet pectus. Jupiter ventrem. Mars caput. Sol femora. Venus pedes. Mercurius crura. Luna genua. Jn tauro. Saturnus ventrem. Jupiter dorſum. Mars collum. Sol genua. Venus caput. Mercurius pedes. Luna crura. Jn geminis. Saturnus ventreꝫ Jupiter verenda ⁊ que ſuccedunt. Mars pectus ⁊ que ſuccedunt. Sol crura ⁊ cauillas ideſt talos. Venus collum. Mercurius caput. Luna femora. in cancro Saturnus virilia ⁊ omnia eis ſuccedentia. Jupiter femora Mars pectus. Sol pedes. Venus brachia ⁊ humeros. Mercuriꝰ oculos ⁊ guttur. Luna caput. Jn leōe. Saturnus verēda ⁊ eis ſuccedentia. Jupiter femora ⁊ genua. Mars ventreꝫ. Sol caput. Venus cor. Mercurius humeros ⁊ guttur. Luna collum. Jn virgine. Saturnus pedes. Jupiter genua ⁊ eorum ſuccedentia. Mars ventrem. Sol collum. Venus ventrem. Mercurius cor. Luna humeros. in libra Saturnus genua ⁊ eorum ſuccedentia. Jupiter oculos ⁊ eorum ſuccedentia ideſt partes capitis. Mars verenda ⁊ eorum ſuccedētia. Sol humeros. Venus caput. Mercurius ventrem. Luna cor. Jn ſcorpione. Saturnus cauillas. i. talos ⁊ earum ſuccedentia. Jupiter pedes. Mars caput brachia ⁊ femora. Sol cor. Venus verenda ⁊ eoꝝ ſuc-

cedẽtia. Mercuri⁹ dorſuz. Luna ventrẽ. ¶ In ſagittario. Saturn⁹ pedes. Iupiter crura ⁊ caput. Mars pedes ⁊ manus. Sol ventrem. Uenus femora ⁊ brachia. Mercurius verẽda ⁊ cor. Luna dorſum. ¶ In capricorno. Saturnus caput ⁊ pedes. Iupiter genua ⁊ oculos. Mars crura ⁊ humeros. Sol dorſum. Uenus femora ⁊ cor. Mercurius verenda ⁊ eorum ſuccedentia. Luna femora. ¶ In aquario. Saturn⁹ caput ⁊ colluz. Iupiter humeros pectus ⁊ pedes. Mars cauillas ⁊ cor. Sol verenda ⁊ eorum ſuccedentia. Uenus genua ⁊ eorũ ſuccedẽtia. Mercurius femora ⁊ cor. Luna verẽda. ¶ In piſce ſaturnus humeros ⁊ brachia ⁊ collum. Iupiter cor ⁊ caput. Mars cauillas ⁊ ventrem. Sol femora ⁊ eorum ſuccedentia. Uenus collũ ⁊ dorſum. Mercurius crura ⁊ verenda. Luna femoralia.

De gradibus ſignorum maſculinis ⁊ femininis.

SUnt quoqz in vnoquoqz ſigno gradus qui ꝓprie dicuntur maſculini atqz feminini. Nam ab initio Arietis vſqz in. viij. graduz dicuntur eẽ maſculini: ⁊ ab. viij. in. viiij. feminini: ⁊ a. ix. in. xv. maſculini: ⁊ a. xv. vſqz in. xxij. feminini: ⁊ a. xxij. vſqz in finem. arietis maſculini quos decreuimus deſcribere ſicut deſcripſimus terminos: ⁊ hic mõ depingimus tabulam vt leuius redat̃ opus deo auxiliãte.

♈	maſ.	8	femi.	i	maſ.	6	femi.	7	maſ.	8				
♉	femi.	5	maſ.	6	femi.	6	maſ.	4	femi.	3	maſ.	0		
♊	femi.	5	maſ.	ii	femi.	6	maſ.	4	femi.	4				
♋	maſ.	2	femi.	6	maſ.	2	femi.	2	maſ.	11	femi.	4	maſ.	3
♌	maſ.	5	femi.	3	maſ.	7	femi.	8	maſ.	7				
♍	femi.	8	maſ.	4	femi.	8	maſ.	10						
♎	maſ.	5	femi.	10	maſ.	5	femi.	7	maſ.	3				
♏	maſ.	4	femi.	10	maſ.	3	femi.	8	maſ.	5				
♐	maſ.	2	femi.	3	maſ.	7	femi.	12	maſ.	6				
♑	maſ.	ii	femi.	8	maſ.	11								
♒	maſ.	5	femi.	10	maſ.	6	femi.	4	maſ.	2	femi.	3		
♓	maſ.	10	femi.	10	maſ.	3	femi.	5	maſ.	2				

De gradibus lucidis: tenebroſis ⁊ fumoſis ⁊ vacuis.

ET in vnoquoqz iſtorum ſignorum ſunt gradus qui dicuntur lucidi: ⁊ gradus qui dicuntur tenebroſi: ⁊ gradus qui dicuntur fumoſi: ⁊ gradus qui vocantur vacui. Dicunt enim quidam quod ab initio arietis vſqz in tertium gradum ſunt tenebroſi: ⁊. a. iii. in viij. lucidi: ⁊ ab. viij. in. xvj. tenebroſi: ⁊ a. xvj. in. xx. lucidi: ⁊ a. xx. vſqz ad. xxiiij. vacui. ⁊ a. xxiiij. vſqz in. xxviiij. lucidi: ⁊ a. xxviiij. in finem arietis vacui. de quibus faciemus tabulam ſi deus voluerit.

♈	te.	3	lu.	5	te.	8	lu.	4	va.	4	lu.	5	va.	1		
♉	te.	3	lu.	4	va.	5	lu.	3	va.	5	lu.	8	te.	2		
♊	lu.	4	te.	3	lu.	5	va.	4	lu.	6	te.	5	va.	3		
♋	lu.	12	te.	2	va.	4	fu.	2	lu.	8	va.	2				
♌	te.	10	fu.	10	va.	5	lu.	5								
♍	te.	5	lu.	3	va.	2	lu.	6	fu.	6	va.	5	te.	3		
♎	lu.	5	te.	5	lu.	8	te.	3	lu.	6	va.	3				
♏	te.	3	lu.	5	va.	6	lu	6	fu.	2	va.	5	te.	3		
♐	lu.	9	te.	3	lu.	7	fu.	4	lu.	7						
♑	te.	7	lu.	3	fu.	5	lu.	4	te.	3	va.	3	te.	5		
♒	fu.	4	lu.	5	te.	4	lu.	8	va.	4	lu.	5				
♓	te.	6	lu.	6	te.	6	lu.	4	va.	3	lu.	3	te.	2		

De gradibus putealibus.

ET in ſignis ſunt quedam gradus qui vocantur putei:cum fuerit planeta in aliquo eorũ dicitur eſſe in puteo:ut eſt ſextus gradus arietis ⁊ cetera.vt in hac tabula ſequenti oſtendetur.

♈	6	11	16	23	29		♎	1	7	20	30		
♉	5	12		24	25		♏	9	10	22	23	27	
♊	2	12	17	26	30		♐	7	12	15	24	27	30
♋	12	17	23	26	30		♑	2	7	17	22	24	28
♌	6	13	15	22	23	28	♒	1	12	17	22	24	29
♍	8	13	16	21	25		♓	4	9	24	27	28	

De gradibus azemena ideſt debilitatis corporis.

ET ſũt in ſignis qdã gradꝰ q dicunť gradus azemena.i. gradꝰ debilitatis corpis. Eſt.n.azemena q̃daʒ debilitatio corpis tpalis:ut ſurditas:cecitas:mẽbri amiſſio:⁊ cetera talia q̃ q̃ʒdiu vixerit hõ ſp hẽbit:niſi miracłoſe ſanet̃. Cũ ergo fuerit luna in his gradibꝰ in natiuitate alicuiꝰ pueri:accidet ei p̃dicta azemena ẜm ſignificatiõeʒ loci ⁊ aſpectꝰ ſeu loca planetaꝝ. Significat̃ quoqꝫ azemena p aſtra diuerſis mõis. ſic in libris natiuitatũ iuenies. gradꝰ aũt azemene ſũt hi q d̾ſcribũť h̾ i tabła.

In ♉	6	7	8	9	10			In ♏	19	29			
								In ♐	1	7	8	18	19
In ♋	9	10	11	12	13	14	15	In ♑	26	27	28	29	
In ♌	18	27	28					In ♒	18	19			

De gradibus augmẽtantibus fortunã.

ET in hoc circulo ſunt quidam gradus qui dicuntur augẽtes fortunam:qui in iſta tabula deſcripti ſunt.


♈	19					♎	3	5	21	
♉	3	15	27			♏	7	18	20	
♊	11					♐	13	20		
♋	1	2	3	4	15	♑	12	13	14	20
♌	2	5	7	19		♒	7	16	17	20
♍	13	14	20			♓	13	20		

De gradibus compotentibus.

Et duo gradus qui fuerint vnius longitudinis a capite ſignorum mobilium dicuntur cōpotentes.i.vnius fortitudis ⁊ cōſortes ſeu participes in virtute.vt.xx.gra.capricor.vel cancri cū.x.gra.ſagit. vel geminorū:⁊.xx.gra.arietis vel libre cū.x.gradu piſciū vel vgis.

De eſſe circuli accidentali.

Sed q: auxiliāte deo iā ꝑtulim⁹ eē circuli ſignorū eſſentiale:nūc pſeramus accidentale. Nam circulus figuratur in omni hora tali figura:que diuidit in quattuor partes:q̄s diuidit circulus hemiſperij:⁊ circulus meridiei id eſt circulus medij celi:qui facit mediū



diem:⁊ vnaquēq; ps iſtarum partium diuidit in tres partes inequales ſm aſcenſiones ſigni aſcendentis atq; hoc mō diuiditur circulus in duodecim partes que vocātur domus nominantur quoq; ⁊ cuſpides ⁊ turres:cuius opus expoſitum eſt in libro Ezibi ideſt in libro curſus ſiderum. Principium quoq; diuiſionis eſt horoſcopus:hoc eſt aſcendens cuius initium eſt ſuper circulum hemiſperij orientalis deinde ſecunda domus ſequitur ⁊ tertia:ceterecq; domus vſq; ad duodecimam. Quarta autem pars que eſt ab aſcendente vſq; ad medium celi:que ē domus duodecima vndecima ⁊ decima dicitur quarta pars orīētalis maſculina:⁊ aduenīens ſignificat initiū vite:⁊ vocatur puerilis ſanguinea vernalis. Et ps alia que ē a medio celi vſq; ad gra-

dum occidentalis ſigni ideſt ſeptime qui eſt ſuper circulum hemiſperij occi
dentalis que ē domus nona octaua:7 ſeptima:7 eſt merediana feminina re-
cedens ſignificat mediam etatē:7 vocatur profecto iuuentutis eſtiualis co
lerica. ¶ Tertia quoq3 ps que eſt ab occidente vſq3 ad gradum quarte do-
mus que eſt ſup circulū meridiei ſub terra que eſt domus ſexta quinta 7 q̄r-
ta.eſt occidentalis maſculina adueniens ſignificat finē vite:7 vocatur autū
nalis melācolica 7 eſt ſenilis 7 eſt mediocris etatis. ¶ Quarta ps que eſt a
quarta domo vſq3 ad aſcendens que domus eſt tertia ſecunda atq3 aſcen-
dens eſt ſeptentrionalis feminina recedens ſignificat quod accidit homini
poſt mortem eius 7 ad quid deueniet corpus eius vel eius diſpoſitio de di-
miſſa ſubſtantia:aut quid dicetur de eo ſcilicet vtrum laudetur vel vitupere
tur:7 vocat̄ hec pars ſenilis flegmatica defectiua hyemalis. Et ille due par-
tes que ſūt a medio celi vſq3 ad aſcendens:7 ab aſcendente vſq3 ad quartam
domum:iſta medietas vocatur medietas aſcendens:7 relique partes q̄ ſūt
a quarta domo vſq3 ad ſeptimam:7 inde ad medium celi vocatur medietas
deſcendēs. Et quicquid fuerit ſuper terram ex circulo ideſt illa pars circuli
ſuperior dicitur dextra:7 que ſub terra ideſt illa pars inferior dicitur ſiniſtra.
Et aſcendens 7 quarta 7 ſeptima 7 decima dicūtur alamed id eſt quas nos
angulos vocamus vt pulchrius ſonet. Et ſecunda domus octaua 7 quinta
7 vndecima ſuccedentes angulis vocantur. Tertia aūt 7.vi.viiij.ac.xij.ca-
dentes ab angulis dicuntur. Cum ergo planeta in angulis vel eius ſuccedē
tibus fuerit dicitur ꝑficere:7 ſi fuerit in cadentibus ab angulis dicit̄ defice-
re:7 vnaqueq3 iſtarum domorum ſignificat aliquid de eſſe hominum.

De domibus 7 ſignificationibus earum.

PRima domus cuius initiū orit̄ in circulo hemiſperij orientalis
vocat̄ athale.i.aſcēdēs:hec ſignificat corpa 7 vitā 7 initia opez ī
iterrogatiōibus 7 orone et locutiōe et rumoribꝰ:et qcqd cogitat
iterrogās i aio ſuo:et ſignificat initia vite. Et dixit alendezgod in
natiuitate:qꝛ dn̄s triplicitatis aſcēdētis priꝰ ſigt̄ vitā et naturā nati ſeu iterro
gātis et eiꝰ delectationē atq3 volūtatē:et qd diligat:et qd odio hēat:7 qd bōi
ſeu mali ei adueniat in initio vite eius:et dominus triplicitatis .ſecūdus ſigt̄
vitā et corpus et virtutē ſeu fortitudinē et medietatē vite:et dn̄s triplicitatis
tertius ſignificat id qd ſocij eiꝰ ſignificauerūt:et ſignificat finē vite in morte.

SEcunda domus ē domꝰ ſubſtātie ac victus et miniſtroꝝ et auxi-
liatorū:et ſignificat finē ānorū vite ideſt finē iuuentutis. Et dixit
alēdezgod de dn̄is triplicitatis domꝰ ſbe:de prio.ſ.ſcd̄o ac de ter
tio vide qs eorū ſit fortior eē et loco hūc facies merito auctorem
ſbe et ſignificatorē acqſitiōis:qꝛ ſi fuerit ī medio celi iueniet hāc a
rege:et ſi fuerit ī domo fidei alias fiducie ē meliꝰ. Silr̄ dn̄s triplicitatis.pmꝰ
dat ſubam in initio vite:et ſcd̄s in medio vite:et tertius i fine eiꝰ.

TErtia domꝰ ē fratrū et ſororū et ꝓpinquorū ac dilectoꝝ fidei atq3
religiōis mandatorū ac legatorū mutationū atq3 itinerū mino-
rum:et ſignificat eſſe vite ante mortē. dixit alendezgod dominus
triplicitatis domꝰ fratrū.primus ſignat fratres maiores:et ſcd̄s
medios.tertius minores:eritq3 eorū dignitas et eorū eſſe ſecundū loca eoꝝ

QUarta domus ē patꝝ hereditatū finis rerū ꝛ theſauroꝝ ꝛ oīuꝫ abſcōditoꝝ atqꝫ occultoꝝ:ꝛ ſignat de eē vite hominū fineꝫ.dixit alendeꝫgod ꝙ domin⁹ triplicitatis domus patrū.primus ſignificat patres.ſcd̄s ciuitates ꝛ terras.tertius fines reꝝ ꝛ carceres.

QUinta domus filiorūꝫ ꝛ dilectionū legatoꝝ atqꝫ donationum:ꝛ ſignificat qđ futurū ſit poſt mortē ex laude.ſ.ꝛ vituperio.dixit alēdeꝫgod ꝙ dominus triplicitatis domus filioꝝ .prim⁹ ſignificat filios ꝛ vitam.ſecūdus dilectionē.tertius vero legatos.

SExta domus eſt infirmitatū ꝛ ſeruorum:ꝛ ſignificat finē vite:ꝛ qcquid futurum ſit āte ſenectutē.dixit alendeꝫgod dominus triplicitatis domus īfirmitatū.primus ſignificat infirmitates ꝛ valitudines ab īfirmitatibus ꝛ a malis ꝛ deteriorationes.ſcd̄s ſignificat vnaculos ꝛ ſeruos.tertius ſignificat qd eueniet ex eis ꝛ eoꝝ vtilitatē atqꝫ opa:ꝛ ſignificator eſt beſtiaꝝ ac pecorū:ꝛ omniū quadrupedū: ꝛ fortitudinis eoꝝ multitudinis quoqꝫ eoꝝ ac paucitatis more eoꝝ in manu ei⁹ vel egreſſiōis eoꝝ ab ea.ſ.māu:carceris quoqꝫ atqꝫ retētōis.

SEptima dom⁹ ē mulieꝝ:nuptiaꝝ:cōtētionū quoqꝫ atqꝫ pticipationū ꝛ oppoſitorū:ꝛ ſigt̄ medietatē finis vite erga ſenectuteꝫ.Dixit alēdeꝫgod ꝙ domin⁹ triplicitatis domus.vij.p̄mus ſigt̄ mulieres.ſcd̄s cōtētiōes.tertius cōmixtiones ꝛ pticipatiōes.

OCtaua domus ē mortis:ſigt̄ timorē ꝛ morteꝫ atqꝫ almauerith.i. ſubſtantias vel hereditates mortuoꝝ quas debēt heredes poſt mortē ipſorū poſſidere ꝛ ſignificat ānoꝝ vite finē poſt ſenectutē. dixit alēdeꝫgod ꝙ domin⁹ triplicitatis domus mortis. primus ſignificat mortem ſecūdus precepta ſeu res antiquas.tertius almauerith ideſt que hereditanda ſunt ex mortuis.

NOna domus ē pegrinationū itinerū fidei atqꝫ religiōis ſapiētie phie ꝛ libroꝝ epiſtolaꝝ quoqꝫ ac legatoꝝ narrationū ſeu rumorū atqꝫ ſomnioꝝ:ꝛ initiū dimidie vite ſignificat. dixit alēdeꝫgod ꝙ dn̄s triplicitatis domus pegrinationis.p̄mus ſigt̄ pegriationē ꝛ oē quod accidit ei.ſecundus ſignificat fidē atqꝫ religionē ꝛ valitudineꝫ harum atqꝫ modū eaꝝ.tertius ſignificator eſt ſapientie ſomniorū ꝛ ſtellaꝝ ꝛ auguriorum ꝛ veritatis exercentium in eis atqꝫ mendacij.

DEcima domus eſt regina ꝛ opeꝝ ꝛ ſublimatiōis: vel exaltatiōis regni quoqꝫ atqꝫ memorie ꝛ vocis.ſ.imperij ꝛ magiſterioꝝ atqꝫ matrū:ꝛ ſigt̄ dimidiū annoꝝ vite.Dixit alēdeꝫgod ꝙ dn̄s triplicitatis domus regie.primus ſigt̄ opus ꝛ exaltationē.ſ.ſedis ſublimationē ꝛ altiſſimā manſionē.ſecundus igit̄ vocē imperij ꝛ audaciā in eodē. tertius ſignificat ſtabilitatem eius atqꝫ durabilitateꝫ.

VNdecima domus eſt fiducie ꝛ laudis atqꝫ fortūe:amicoꝝ quoqꝫ ꝛ miniſtrorū ac auxiliatorū:ꝛ ſigt̄ finē annorūꝫ medietatis vite. Dixit alēdeꝫgod ꝙ dn̄s triplicitatis domus fiducie. prim⁹ ſigt̄ fiduciā.ſcd̄s amicos.tertius vtilitatem ſeu profectus eorum.

DUodecima domus eſt inimicorū ꝛ laboris atqꝫ triſtitie inuidie ꝛ ſuſurrationis caliditatis ingeniorū atqꝫ beſtiarū:ꝛ ſigt̄ finē vite ꝛ

qđ cõtingit matribus in cõceptione ſua ex bono vel malo. Dixit alendezgod dñs triplicitatis domus inimicoruꝫ. primus ſignificat inimicos. ſecundus labores. tertius vero beſtias ⁊ pecora. Hec ſunt que ſignificant. xij. domus

De coloribus duodecim domorum.

Significant etiã. xij. domus colores: ⁊ hi ſũt: nã domus aſcendẽs vel prima ⁊. vij. ſunt albe. ij. ⁊. xij. virides. iij. ⁊. xi. crocee. iiij. ⁊. x. rubee. v. ⁊. viiij. mellite. i. hñt mellis collorẽ. vi. vero. ⁊. viij. nigre ſũt.

De gaudijs planetarum in domibus.

Et vnuſquiſqꝫ planeta habet in vnaqueqꝫ iſtarum domoruꝫ quãdam poteſtatẽ ex poteſtatibus ſcilicet accidentalibus que dicuntur gaudium: qꝛ mercurius gaudet in aſcendente. Luna in domo iij. Uenus quoqꝫ in. v. ⁊ mars in. vi. Sol in. viiij. Jupiter in. xi. Saturnus in. xij.

De fortitudine angulorum.

Et dicitur in ſignificatiõe domorũ ꝙ anguli ſignificãt fortitudinẽ ⁊ ꝑfectionẽ. Cadentes vero ab angulis debilitatẽ ⁊ detrimẽtũ: niſi ꝙ. viiij. ⁊. iij. ſignificant rẽ aptam ⁊ detectã cũ fama. xij. ⁊. vi. ſignificant occultationem ⁊ retentionem ⁊ vilitatem reꝝ. Anguli aũt ⁊ domini angulorũ ſignificant magnitudinẽ honorũ precij atqꝫ fortune: fortitudinem ⁊ exercitationẽ ⁊ elongationẽ a cãu: ⁊ pñtia eoꝝ in cadentibꝰ ẽ cõtraria fortune. i. dedecus ⁊ caſus. De ſuccedẽtibꝰ vero anguloꝝ. domꝰ q̃ ſuccedit decime. i. vndema ſignificat fortitudinẽ ⁊ fortunã mediaꝫ amicoꝝ: ⁊ ex ea parte in qua erat fiducia. ⁊ illa que ſequiẗ quartã. i. v. ſignificat fortunã mediã ꝑ donatiões ⁊ veneratiões ⁊ cã filiorũ cũ veneratione leticia ⁊ gaudio: q̃ aũt ſuccedit aſcendẽti que eſt ſecũda ſignificat ſimiliter fortunã mediã ex cã ſubſtantie ⁊ miniſtroꝝ que vero ſuccedit ſeptime. i. octaua ſignificat ſimiliter fortunã mediã ex almauerith. i. exſba q̃ hr̃ditaẗ a mortuis ⁊ rebus occultis.

De ſignificationibus dominorum angulorum.

Hec quoqꝫ ſũt ſignificatiões dominorũ angulorũ dũ fuerint pñtes in angulis. Pñtia dñi aſcẽdẽtis ĩ aſcẽdẽte ſignificat eiꝰ fortunã ꝑ ſemetipſuꝫ: ⁊ ꝑ eiꝰ acq̃ſitionẽ: ⁊ ſignificat pñtia eiꝰ ĩ. x. ꝑ regẽ ⁊ magiſteria altiora: ⁊ cũ fuerit ĩ. vii. ꝑ cõuentiões ⁊ factores atqꝫ vxores ꝑ preſentiã quoqꝫ eiꝰ in q̃rta ſignificat fortunã ꝑ hereditates ⁊ cãs patrũ ⁊ ꝑ productiões aquarũ ⁊ populatiões vel plãtatiões. i. edificatiões ⁊ ex rebus antiqs ⁊ radicalibus. ¶ Significat quoqꝫ dominꝰ decime per pñtiaꝫ ſuã in eadem decima fortunã vel per regem vel per regnũ magnũ ⁊ magiſteria altiora: ⁊ ſignificat ꝑ pñtiã ſuã ĩ ſeptima regnũ ꝑ victoriã ꝯtentionũ ⁊ ex cauſ vxorũ: ⁊ ꝑ pñtiã eius ĩ q̃rta ſigẗ regnum ꝑ amicitiã nobiliũ ⁊ regis eiꝰ ⁊ ꝑ cauſas tribunorũ ⁊ per diſpenſatores regum ⁊ cultus terrarũ ⁊ edificationes ciuitatũ ⁊ per diuiſiones fluminũ ⁊ cuſtodias ciuitatum ⁊ ex rebꝰ antiqs: ⁊ per pñtiã ſuã ĩ aſcendẽte ſignificat regnũ ꝑ ingenia ⁊ per ꝓpinquitatẽ regis rebꝰ vulgi: ¶ Pñtia aũt dñi ſeptime in ſeptima ſignificat fortunã ꝑ negociationes ⁊ ꝑ cõuentiões: ⁊ ꝑ nutritiões quoqꝫ ⁊ mulieres: ⁊ ꝑ ſatores: ⁊ ſignificat ꝑ pñtiã eiꝰ in quarta ꝑ cõuentiões mulierũ: ⁊ ꝑ negociatiões: ⁊ ꝑ cãs patrũ ⁊ hereditatũ ⁊ cultꝰ terre ⁊ pñtia ſua in aſcendente ꝑ cõuentiões ⁊ negociatio-

nes per cauſas medicinē atqꝫ aſtronomie:et per opera ſpiritualia atqꝫ inge nie et conſimilia: et ſignificat per preſentiam ſuam in.x.fortunā per cōuen tiones et negociatiōes et per vxores et per cauſas regis. Preſentia vero do mini q̄rte i quarta ſignificat fortunā ex cultu terre:et fructu per cauſas pa trum atqꝫ res antiquas:et per p̄ſentiam eius in aſcendēte ſignificat fortunā ex cultu terre et fructu per ingenium et conſilij ꝓfunditatē: et preſentia ſua in.x.ſignificat ꝓfectum ex cultu terre et fructu per cauſas regis et magiſte riorum. Et p̄ntia ſua in ſeptima ſignificat fortunam ex cultu terre et fructuꝫ per cauſas vxorum et ſatorum:et per negociationes. Hec ſignificant domi ni angulorum per preſentiaꝫ ſuam in angulis ſuis. Similiter ergo facies de preſentia dominorum ceterarum domorum:et ideo introduximus tm̄ do minos angulorum vt eſſēt exemplar in ceteris.

Qualiter ſciatur quis planeta ſit dominator.

Et cū volueris ſcire planetā dominatorem rei aſpicias quis pla netarum ſit pluris auctoritatis in domo rei:et planetam q ſigni ficat naturam illius rei :ſicut dicemus in naturis planetaruꝫ. vi de ergo quis planetaruꝫ ſit fortior in domo rei:et i parte eius ex fortitudinibus quas prediximus ideſt ex numero quem prediximus duꝫ de fortitudine planetaruꝫ et poteſtate tractauimus et qui fortior omnibus fue rit in loco rei:ipſe erit dominator eius :verbi gratia:ſi interrogatio fuerit de ſubſtantia ⁊ volueris ſcire quis ſit dominator eius ⁊ fuerit ſecunda domus que ſignificat ſubſtantiam ſcilicet quintus gradus ſigni arietis:quia domus eſt martis:habet in hoc loco mars quinqꝫ fortitudines:exaltatio quoqꝫ eſt ſolis. ⁊ habet in eo quattuor fortitudines. eſt ēt ipſius ſolis triplicitas:⁊ hꝫ ī eo tres fortitudines. habet ergo ſol ibi ſeptē fortitudines. ⁊ ē terminꝰ Jouis. ⁊ habet ibi duas fortitudines:⁊ ē ēt facies martis:⁊ hꝫ ibi vnā fortitudinem ergo mars habet ibi ſex fortitudines:quinqꝫ ex domo ⁊ vnā ex facie:⁊ ſol ſe ptē:⁊ talis planeta vocaᵗ almubta.i.vincens . Sol ergo accipit ibi principa tum:q2 hꝫ ibi ſeptem fortitudines ⁊ ipſe dominatur ibi in domo ſubſtantie Similiter accipies in loco partis ſubſtantie ⁊ partis fortune ⁊ participem il lorum facies Jouem qui eſt ſignificator ſubſtantie naturaliter ⁊ cōmiſcebis partium ⁊ planetarum teſtimonia:⁊ facies hoc idem de omnibus domibus ⁊ ſcies dominatorem earum.

De poteſtatibus accidentalibus planetarum.

De poteſtatibus quoqꝫ planetarū accidentalibus eſt albais ideſt ſimilitudo:⁊ hoc eſt cū fuerit planeta diurnus in die ſuper terrā ⁊ in nocte ſub terra ⁊ planeta nocturnus in nocte ſuper terram: ⁊ in die ſub terra ⁊ ſi hoc fuerit maſculinꝰ planeta in ſigno maſcu lino:⁊ planeta femininus in ſigno feminino dicitur eſſe in ſua ſimilitudine.i. in ſuo albais . Et erit fortitudo eius vt viri fortitudo in loco eiuſ ꝓfectus.i. acquiſitionis atqꝫ fortune.

Differentia ſecunda in naturis planetarum ſeptem ⁊ quid ſit illis proprium ⁊ quid ſignificent de eſſe rerum.

T quia auxiliante deo iam peregimus quod propoſuimus tractare de circulo ſignorum ⁊ eius accidentibus. proſequamur nunc intentionem ſeptem planetarum ⁊ naturas eorum eſſe quoqꝫ eorum ⁊ quid ſignificent.

Saturnus ē maſculinus malus diurnus ⁊ eſt ſignificator patrum ſi fuerit pueri natiuitas in nocte: ⁊ ſignificat ſenectutē vltimam ſi fuerit occidentalis: ⁊ initium ſenectutis ſi fuerit orientalis: ⁊ ſignificat grauitatem frigoris ⁊ ſiccitatis: ⁊ ex complexione corporum melancolicam: ⁊ augmentū eius atqꝫ diſtillationem. Et fortaſſis erit quandoqꝫ complexio frigida humida ponderoſa ⁊ fetidi eſt odoris: ⁊ multe comeſtionis ⁊ vere dilectionis: ⁊ ſignificat profunditatem cōſilij: ⁊ multitudinem ſilentij: ⁊ ex magiſterijs res antiquas ⁊ precioſas: ⁊ ſignificat cultus agrorum ⁊ populationem terrarum ⁊ fluminum ſi fuerit fortunatus: ⁊ res viles ⁊ laborioſas ſi fuerit malus: vt confricationes in balneis: ⁊ fullones ⁊ nautas. Et ſi fuerit fortunatus erit vere dilectionis ſpacioſus ⁊ patiens. Et ſi fuerit malus erit indiſcretus ſtabilis triſtis ⁊ merens male ſuſpitionis multum ſuſpicans ⁊ mouens homines in ſuſurrationibus. Et ſi fuerit fortunatus ſignificat de ſubſtantia res antiquas ⁊ durabiles ⁊ hereditates ⁊ terre cultus: ⁊ ſi fuerit malꝰ ſignificat aquas ſordidas ⁊ mali ſaporis veteres atqꝫ conuertibiles. Et ex infirmitatibus morbos flegmaticos ⁊ melancolicos ⁊ viſcoſos ⁊ congelatos acutos: vt lepram morpheam podagram ⁊ cancros ⁊ cetera huiuſmodi: ⁊ ſignificat peregrinationes longinquas carceres ⁊ vincula laborem quoqꝫ ac tarditatem ⁊ afflictionem ⁊ almauerith ideſt ſubſtantias mortuorum: patres etiam ⁊ auos ⁊ fratres maiores eunuchos ſeruos ⁊ viles homines: ⁊ ſignificat ex operibus opera coriorum ſi fuerit ſolus ſignificator abſqꝫ complexione alicuius planetarum. qꝫ ſi complectit̄ ei Jupiter ſignificat opus pgameni in quo ſcribuntur diuini libri. Et ſi complectitur ſibi mars ſignificat ſoleas ſotulariũ ⁊ preparationes earum. Et ſi complectitur ſibi ſol ſignificat opus conſutorꝫ coriorum. Et ſi complectitur ei venus ſignificat opus coriorum ex quibꝰ fiunt timpana ⁊ alia inſtrumenta quibus vtimur in ludis. Et ſi complectitur ei mercurius ſignificat opus coriorum in quibus ſcribuntur teſtamēta ⁊ numeri ſtipendiorum. Et ſi complectitur ei luna ſignificat preparatiōem coriorum ferarum ⁊ mōtanorum animalium ⁊ huiuſmodi ſimilia: ⁊ ſignificat de ſectis eam que vnitatem confitetur ſi fuerit fortunatus: ⁊ ſi fuerit malus ſignificat credentiam vnitatis cum multa tamen heſitatione .i. dubitatiōe. Et dixit meſſehala .i. quem voluit deus exaltari: q fuit vnus aſtrologus in ſciē-

tia perſpicuus iudicijs: quare ſic dictus eſt ꝙ ſigt̃ fidem iudaicam: ideo quia
eſt ex antiquioribus: ⁊ omnes confitẽtur eam ⁊ ipſa nullã aliam: ſic Saturnꝰ
cui omnes iungũtur ⁊ ipſe nulli: ſigt̃ quoqꝫ indumẽta nigra. Et dixerũt qui-
dam alij ꝙ Saturnus ſigt̃ interiora auris ⁊ ſplenem: ac ſtomachum: ⁊ habꝫ
ex coloribus nigredinem: ⁊ de ſaporibus ſtipticos ⁊ acetoſos. Et ex diebus
ſabbatum: ⁊ ex noctibus eam que precedit quartam feriam. Et quãtitas or-
bis eius eſt nouem graduũ. Et anni fridarie eius ſunt. xi. maximi vero. 465.
⁊ maiores. 57. ⁊ medij. 43. ⁊ dimidiuꝫ: minores. 30. Fortitudo eius in plagis
circuli ẽ in dextra ſeptẽtrionis. Et dixit meſſehala ꝙ ſigt̃ de figuris hominũ
hominem inter nigrum ⁊ croceum: qui cum ambulauerit mergit oculos ſu-
os in terram põderoſus inceſſu adiungẽs pedes. ⁊ macer recuruus habẽs
paruos oculos: ⁊ ſiccam cutem venoſos raram habens barbam in maxillis
labia ſpiſſa callidus ingenioſus ſeductor interfector. Et dixit Dorothius hic
ſigt̃ hominem corpore valde piloſum iunctis ſupercilijs: ⁊ habet ex regioni-
bus Aſcine ⁊ indiam ⁊ omnem terrã nigrorum. Et ex partibus habẽs partẽ
fortitudinis ⁊ ſtabilitatis: ⁊ ſigt̃ terras vel res terraruꝫ ⁊ hereditatum: ⁊ eos
q̃ ꝑſunt operibus ⁊ audaciã ⁊ laborem ingenia ⁊ cauſas mortis: ⁊ hꝫ ex parti
bus mundi achiud ⁊ alchiut ⁊ eorum cõfinia ⁊ terras nigroꝝ ⁊ montes eoꝝ.

IUpiter fortuna maſculinus diurnus: ⁊ eſt ſignificator ſubſtantie
⁊ operatur calorem ⁊ humiditatem temperatã aereã ſanguineã
⁊ de etatibus ſignificat iuuẽtutem vſqꝫ ad ꝑfectioneꝫ etatis: ⁊ ex
magiſterijs que ꝑtinent ad legem: vt iuſta iudicia iudicare: ⁊ pa-
cem inter hoĩes mittere ⁊ in bonis ſtudere ⁊ ſubſtantie ſignificat
abundãtiam: ⁊ ex negocijs illa q̃ fiunt abſqꝫ ſeductione ⁊ ſigt̃ animã ⁊ vitam
letitiã ⁊ veritatem ⁊ religiõeꝫ ⁊ patiẽtiam ⁊ omne preceptum pulchrũ ⁊ pre-
cioſum ⁊ abũdantiã veneris: ⁊ ex infirmitatibus q̃ fiũt ex ſanguine ꝑ augmẽ
tum quãtitatis que nõ fuerit ſuꝑflua extra naturã: nec ex ſanguine vſto ⁊ cõ-
uertibili: ⁊ eſt planeta ſapiẽtie ⁊ intellectus ⁊ vſus. Cui ſi complectitur ſatur-
nus ſigt̃ nigromãtiam ⁊ incantationes ⁊ exorciſmos ⁊c̃. Et ſi complectitur ei
Mars ſignificat ſcientiam medicine. Et ſi complectitur ei ſol ſignificat ſci-
entiam ſectarum ⁊ prudẽtiam in cõtentionibus ⁊ diſputatiõibus. Et ſi cõple
ctitur ei Venus ſigt̃ cõpoſitionem ſonorum ⁊ aliarum ſciẽtiarum delectabi
lium. Et ſi complectit̃ ei Mercurius ſigt̃ ſciam arithmetice ⁊ ſcribẽdi: aſtro-
nomiã quoqꝫ ⁊ ꝑhiam ⁊ geometriã. Et ſi complectit̃ ei luna ſigt̃ ſciam diſpo
ſitionis aquarum ⁊ mẽſure eaꝝ necnõ terraꝝ: ⁊ ex qualitate animi ſigt̃ largi-
tatem ⁊ verecũdiam atqꝫ iuſticiã ⁊ ex ſectis pluralitatem atqꝫ ſimulationeꝫ.
Quidam aũt dixerũt ꝙ ſignificat epar ⁊ ſtomachũ ⁊ aurẽ ſiniſtrã ⁊ brachia
atqꝫ vẽtrem: inferiora quoqꝫ pectinis ⁊ inteſtina ⁊ ex coloribꝰ colorem cineri
tium ⁊ viridem ⁊ hoꝝ ſĩles: ⁊ ex ſaporibus hꝫ dulcem: ⁊ quãtitas orbis eius
eſt graduũ. 9. ⁊ ex diebus hꝫ diem Jouis: ⁊ ex noctibꝰ nocteꝫ diei lune: ⁊ an-
ni fridarie eius. i. dñationis eius ſũt. 12. ⁊ anni maximi ſũt. 428. maiores. 79.
medij. 45. ⁊ dimidiũ. mĩores vero. 12. ⁊ fortitudo eius ex plagis circuli eſt in
occidẽte. Et dixit meſſeala ꝙ ex hominibus ſignificat hominem album ha-
bentem ruborem in facie: habentem oculos non prorſus nigros: nares nõ

equales ⁊ breues caluum:in aliquo dentium habentem nigredinē:pulchre ſtature boni animi bonis moribus:pulchri corporis. Et dixit Dorothius q̄ ſignificat hominem habentem magnos oculos:⁊ pupillam latam barbam criſpam ⁊ habet ex regionibus alchirath ⁊ babyloniam ⁊ aſen ⁊ perſidem: ⁊ alaormes ⁊ archadiam ⁊ ex partibus habens partem habitudinis ꝑfect⁹ ⁊ ſignificat fidem ⁊ appetitum in bonis:⁊ ex operibus ſalubritatem ſecuritatem ⁊ participationem.

Mars maſculinus nocturnus malus operatur calorem ⁊ ſiccitatez ⁊ eſt ſignificator fratꝝ ⁊ peregrinationū: ⁊ habet ex etatibus iuuētutem vſqz in finem iuuētutis:⁊ natura eius colerica amari saporis:⁊ ex magiſterijs omne magiſterium igneū ⁊ qđ fit p ferrum ⁊ ignem:ſicut eſt percuſſio gladiorum cum martellis. Cūqz ei complectitur Saturnus ſigꝫ ꝑcuſſionem ferri. Si Jupiter ſignificat ꝑcuſſionem eris. Si ſol ſignificat ꝑcuſſionem nūmorum aureoꝝ. Si venus ſignificat magiſterium ornamētorum. Si mercurius ꝑcuſſionem acuuz. Si luna ſignificat percuſſionem lācearum ⁊ librorum:ſignificat ēt cum ſolus ſuſcipit ſignificatiōem opus medicine. Si nullus planeta ei complectiꝭ ſignificat minutionem:⁊ vulneratiōez ⁊ aptiōez ⁊ hoꝝ ſimilia. Et ſi complectiꝭ ei Saturnus ſigꝫ opus medicine ⁊ vulnerum. Et ſi iupiter ſigꝫ opus naturaruz. Et ſi ſol ſigꝫ curam oculoꝝ. Si venus ſigꝫ opus ornamēti:vt tonſuram crinium ⁊ barbarum ⁊ abſciſionem vngularum:⁊ ſi mercurius ſigꝫ abſciſionem venarum. Si luna ſignificat eradicatiōez dentiū ⁊ purgatiōez aurium. Et p ſe ſigꝫ iniurias miſeroꝝ ⁊ effuſionem ſanguinis ⁊ oppreſſiones p vim ⁊ abſciſſiones viarum ⁊ iracundiam ⁊ ducatum exercitus ⁊ feſtinationem ⁊ inuerecūdiam ⁊ peregrinationem extra patriam:⁊ feditatem coitus:⁊ caſus puerorum id eſt abortiuorum:⁊ fratres medios atque ſorores:ſcientiam ac diſcretionem cure beſtiarum. Et ex infirmitatibus febres calidas ⁊ ſanguineas ⁊ puſtulas ſanguineas alabraba que eſt rubedo corporis cum aſperitate ⁊ feditate ⁊ cōmeſtione carnium cum putredine: ⁊ dimidij capitis dolorem: ⁊ ignem ſacrum ⁊ pauorem ⁊ cogitationes horribiles que inquietant homines ⁊ commouent ⁊ impediunt atque inanes reddunt:⁊ quicquid fuerit cum inflammatione caloris. Et ex qualitate animi commotiōem ſcilicet animi ⁊ conturbationem. Si aſpexerit eum Saturnus ſignificat odium ⁊ maximam inuidiam:⁊ ex ſectis eam in qua bellum fuerit ⁊ vnitatem ⁊ celeritatez mutatiōis a fide:⁊ multitudinē heſitatiōis ⁊ mutatiōez de teſtamēto in teſtamentum:erūt tñ hec oīa ſub vnitate. Dixerūt quidam q̄ habet ex membris fel renes ⁊ venas ⁊ decurſum ſpermatis ⁊ dorſum:⁊ habet ex coloribus rubedinem:⁊ ex ſaporibus amarum:⁊ quātitas orbis eius eſt.8.građ.⁊ ex diebus hꝫ diem martis:⁊ ex noctibus noctem ſabbati:⁊ anni fridarie eius ſunt ſeptē:⁊ anni eius maximi ſūt.264.maiores ſunt.66.medij aūt].40.⁊ dimidiū:⁊ minores.15.⁊ fortitudo ei⁹ in plagis circuli in meridie. Et dixit meſceala q̄ ſignificet de imaginibus hoīum hoīem rubeū habētez capillos ruffos ⁊ faciem rotundam leuiter hoīes dehoneſtātem habētem oculos croceos horribilis aſpectus audacē alꝫ citum habētem in pede ſignū vel maculam.

Et dixit Dorothius ꝙ ſignificat habentem acutum aſpectū:⁊ ex ptibus par-
tem audacie ⁊ ſignificat perſeuerātiam calliditatem ⁊ ſupbiam ⁊ leuitatem
⁊ mobilitatem ⁊ audaciam ⁊ negociationē acuitatem ⁊ feſtinationē in omni
bus rebus:⁊ habet ex partibus mundi Aſce ⁊ terras romanorum vſqꝫ in oc
cidentem:⁊ terras tuſcorum.

SOl p aſpectum fortunatus eſt:⁊ malus per cōiunctionem in vno ſi-
gno ⁊ eſt maſculus diurnus operatur caliditatem ⁊ ſiccitatem : ⁊ eſt
ſignificator patrum ſi fuerit natiuitas in die ſignificat regnum maxi
mum ⁊ animam vitalem ⁊ lumen ⁊ ſplendorem ⁊ intellectū ⁊ pulchritudinē
⁊ mūdiciam atqꝫ fidem. Et ex etate finem iuuētutis. Et participatur vniuer
ſis planetis in diſpoſitione annorum. Et ex magiſterijs regimen ⁊ principa
tum:⁊ ſignificat iaculationem iaculorum ⁊ venationem purgatōeꝫ cū omni
ſpecie purgandi qua corpora interius ⁊ exterius purgātur. Et ex infirmita-
tibus ſignificat infirmitates calidas ⁊ ſiccas in corporibus apparentes. Et
ex ſubſtātia aurum plurimum ⁊ vniuerſas ſpecies ſubſtantie. Et ex qualita-
te ipſius animi ſublimitatem prudētiam ⁊ q̄ ſequūtur honeſtatem. ſ. largita
tem ⁊ gloriam:⁊ prolixitatem mētis. Et ex ſectis culturaꝫ bonā ⁊ eis ſimilia.
Et ſignificat imperium vocis ⁊ fortitudineꝫ celeritatis. Si complectitur ei
ſaturnus ſignificat villicationem ⁊ huiuſmodi principatum. Si iupiter ſigni
ficat in fide principatum ⁊ religionem ⁊ etiam iudicem inter homines iudi-
cantem opera oppreſſoꝝ vel iniuriarum ⁊c̄. Si mars ſignat ducatum exer-
citus ⁊ inueſtigationem bellorum. Si venus ſignat regnum per mulieres ⁊
per obſequium potētum. Si mercurius ſignat cōſultores regum ⁊ opus li-
brorum ⁊ hereditatum ⁊ maiorum operum. Si luna ſignat opus legatoruꝫ
⁊ detectionem cōſiliorum ⁊ huiuſmodi ſimilia. Et dixerūt quidā ꝙ ſol ſignat
imaginē vultus hoīs:⁊ ꝓprie ex viris oculum dextrum:⁊ ex mulieribus ocu
lum ſiniſtrum:⁊ dixerūt qdam ꝙ hꝫ cor ⁊ medullam ⁊ femora. Et ex infirmi
tatibus comeſtionem carnium in ore:⁊ detrimētum oris ꝓprie ⁊ deſcenſio-
nem aque in oculum:ptās eius in capite. Et dixerūt indi ꝙ cū fuerit in aſcē-
dente erit comburens ⁊ habebit ſignum in facie. Et hꝫ ex coloribus quicqd
videtur peregrino colore:⁊ ex ſaporibus acrem. Et quātitas orbis eius eſt.
15. graduū. Et ex diebus diem habet dn̄icam:⁊ ex noctibus noctem Jouis
Anni fridarie eius ſunt decem. Et anni eius maiores ſunt. 120. maximi ſunt.
1460. medij. 39. ⁊ dimidium vel ſm quoſdaꝫ. 69. ⁊ dimidium: minores vero
19. Fortitudo eius ex plagis circuli eſt in oriēte. Et dixit meſceala ꝙ ſignat d̄
figuris hoīuꝫ eum que hꝫ colorem inter croceum ⁊ nigrum. i. fuſcum tectū
cum rubore breui ſtature criſpum caluuꝫ pulchri corporis:⁊ hꝫ ex ſaporibꝰ
acutum. Et dixit Dorothius ꝙ figura ſolis ⁊ lune eſt figura planetaꝝ q fue-
rint cum eis:⁊ eius que dignior fuerit in loco eorū. Si ergo velis ſcire figu-
ram ſolis ſcito ꝙ ſit crocea hn̄s partem ruboris capilloꝝ oculi eius aliquā-
tulum crocei. Et ex partibus habens partem futurorū. i. partem diuinatio-
nis ⁊ eſt ſignificator naturarum ⁊ ſpiritus ſapiētie eleuationis ⁊ pfectionis
fidei quoqꝫ ſciētiaꝝ ⁊ laudum. Et ex partibus mūdi habet ʒamarach ⁊ cura
⁊ ferit ⁊ eius terminos ⁊ terras romanorum.

V Enus fortuna feminina nocturna ⁊ eſt ſignificatrix mulierum ⁊ vxorum ac matrum ſi fuerit natiuitas diurna ⁊ operatur frigus ⁊ humiditatem temperatã: ⁊ ex etate habet iuuẽtutem vel adoleſcentiam: ⁊ ex magiſterijs inſtrumẽta ludorum ornamẽta quoq; ⁊ figuras pulchras ⁊ ludos alearum ⁊ ſchacorum ⁊ ſaltationes ⁊ ocia ⁊ fornicationes ac fornicatores ⁊ filios fornicationis ⁊ multitudinem coitus: ⁊ vniuerſa genera luxurie ⁊ compoſitiones coronarum ⁊ vſus earum: ⁊ pulchritudinem ac mundiciam veſtimẽta etiam ⁊ ornamenta. Aurum ⁊ argẽtum ⁊ dilectionem ludos riſus ⁊ gaudium ⁊ vnguẽtis diuerſiſq; ſpeciebus vti potationes ⁊ ebrietates: ſeq; credit omnibus: largitatem quoq; ſigt: ⁊ dilectionem diligẽtiam ⁊ amorem iuſticiam ⁊ domos orationis retinet quoq; fidem: ⁊ ſigt magiſterium omnium ſignorum veluti muſicam ⁊c. ꝙ ſi complectitur ei Saturnus ſigt ſonum cantationum quibus deflẽtur aliquando mortui: vel quas cantant edificatores quando edificant edificia. Et ſi complectitur ei Jupiter ſigt ſonum lectionum vel cantationũ quibus vtũtur domini ſectarum in altaribus ⁊ locis orationis eorum in laudem dei omnipotentis. Et ſi Mars ſignat ſonos quibus vtũtur ſeculares ⁊ cantus vulgi in quibus fit mentio blaſphemie vel preliorum: vel in quo fit mentio carceris vel laboris ⁊ horum ſimilia: vt cantus in quo fit mentio captionis ⁊ alligationis ⁊ percuſſionis flagellorum. Si Sol ſignat ſonum ligni quo cantatur coram regibus ⁊ nobilibus. Si Mercurius ſonum qui exercetur in cõpoſitione verſuum. Et ſi Luna ſignificat cantus nautarum in nauibus. Et ex infirmitatibus morbos habet frigidos ⁊ humidos q accidũt proprie ⁊ multotiens in membris genitalibus. Et ex ſubſtãtia que acquiritur propter pulchritudinem: vt ſunt ornamẽta mulierum: ⁊ veſtimenta earum margaritas atq; picturas. Et ex qualitate animi ſuauitatem ⁊ amiciciam ⁊ cõmeſtionez ⁊ his ſimilia: ⁊ cupiditates potiõis ⁊ cõmeſtionis ac coitus. Et ex ſectis culturam idolorum: ⁊ eos in quibus maxime exercentur comeſtiones atq; potationes. Et dixerũt quidam ꝙ ſignificat anchas ⁊ ſpinam dorſi ⁊ ſperma. Et alij dixerunt ꝙ habet ſignificare pinguedinem ⁊ carnes ⁊ renes ⁊ vuluã matricem ventrem pectinem ⁊ vmbilicum. Et habet ex coloribus albedies: ⁊ ex ſaporibus vnctuoſum. Et quãtitas orbis eius. 7. graduum. Et hab; ex diebus diem Veneris: ⁊ ex noctibus noctem martis. Et anni fridarie eius ſunt octo. Et anni eius maiores. 82. maximi. 151. ⁊ medij. 45. minores vero 8. Fortitudo ei⁹ in plagis circuli eſt in dextra orientis. Et dixit Meſceala ꝙ ſignat de figuris hominum hominem album trahentem ad nigredinẽ pulchri corporis ⁊ capillorum: faciem habentem rotundam: ⁊ paruam habentem maxillam pulchros oculos: ⁊ eius nigredo oculorum eſt pluſq; oportet. Et dixit Dorothius ſignat hominem pulchram faciem habentem pulchros oculos ⁊ multos capillos ⁊ plus album confectum rubore craſſum oſtendentem beniuolentiam. Et habet ex partibus partem deſiderij ⁊ ſignificat amicitiam ⁊ ludum ⁊ dilectionem ⁊ patientiã ⁊ coniunctiones maſculorum. Et habet ex partibus mundi albiget ⁊ alienẽ ⁊ terras arabum.

Mercurius cōmixtus maſculinus diurnus inclinatur ꝑ naturam ſuā ad eum qui complectiť ex planetis ⁊ ex ſignis:⁊ eſt ſignificator fratrum minoꝝ:⁊ ſignificat ſeruos ⁊ dilectiōeꝫ cōcubinaruꝫ ſignat etiam deitatem ⁊ oracula prophetaruꝫ ⁊ credulitatem ⁊ opus ⁊ honorem vel oratiōnē. Qui ſi in natura ſua fuerit ⁊ nullus planeta ei complectitur ſignificat res terreas ⁊ rerum augmētationem creſcendo:⁊ ex etate iuuētutem:⁊ ꝓfectum in ea:⁊ ex operibus opa que generant cognitionē predicationem ⁊ rhetoricam ⁊ negociatiōes ⁊ extimationem ⁊ geometriā:⁊ diſpoſitionē rei ⁊ philoſophiam ⁊ auguria ⁊ ꝓuerbia ⁊ ſcripturam:⁊ verſificādi ſcientiam ⁊ opus numeri maxime. Cui ſi complectiť Saturnus ſignificat ex opere numeri opus mēſure terrarum ⁊ hereditatuꝫ ⁊ numeꝝ edificiorum atqꝫ telarū. Si Jupiter ſignat numerum pſallēdi ⁊ numerum librorū diuinorum. Si Mars ſignificat numeꝝ qui fit in donatiuis exercituū ⁊ pugnātium ⁊ numerum ꝑcuſſionum flagellorum atqꝫ clauaruꝫ. Si Sol ſignat preeſſe numero regum ⁊ ſubſtātie domoꝝ. Si Uenus ſignat numerum chordarum lignoꝝ ſeu cythararum numerum ſonoꝝ atqꝫ fiſtularum. Si Luna ſignat numerum ferculorum que fiunt ad cōmeſtiones itinerantium extra domum. Et ſignat de infirmitatibus infirmitates ſpirituales anime.i.cogitatiōes horribiles:⁊ inquietudinē mētis atqꝫ dubitationes ⁊ cetera ſimilia. Significat etiam animi qualitatē ⁊c̄ ſimilia ſm cōplexioneꝫ ſuā ⁊ cōiunctionē:cū fuerit fortunatꝰ erūt bonitates ſm genus fortune que facit eum fortunatum:⁊ ſm locum in quo fuerint fortunatus mercurius:⁊ cū fuerit malus erūt iniquitates ſm malum qd̓ eū facit malum:⁊ ſm locum in quo factus eſt malus. Et ſignificat ex ſectis culturam vnitatis ⁊ horum ſimilia:⁊ hoc ſecreto cū hypocriſia ⁊ ſimulatione. Et dixerūt quidam ꝙ ſignificat femora vmbilicum ⁊ pectinem ⁊ crura neruos atqꝫ uenas ⁊ ex coloribus habet omnem colorē commixtū atqꝫ variatū:⁊ aleꝫ meniū qui eſt color floris lilij agreſtis:⁊ ex ſaporibus acetoſum. Et quātitas orbis eiuꝫ eſt.7.graduū:⁊ habet ex diebus diem mercurij:⁊ ex noctibus noctem diei dominice. Anni fridarie eius ſunt.13.⁊ anni eius maiores.76.maximi.460.medij.48. minores vero.20.fortitudo eius in plagis circuli eſt in ſeptētrione. Et dixerunt quidam mercurius a medio retrogradationis eius vſqꝫ ad ſtationem ſecundam ſignificat pueritiam:⁊ a ſtatione ſecūda vſqꝫ ad coniunctionem ſolis iuuentutem:⁊ a coniunctione ſolis vſqꝫ ad ſtationem primam mediam etatem:⁊ a ſtatione ſua prima vſqꝫ ad medium retrogradationis ſignificat ſenectutem ⁊ cōtrarietatem:⁊ in coniunctione ſua per directionem vſqꝫ ad ſtationem primam ſignificat dilectionem ⁊ amicitiam ⁊ amoris imitationeꝫ:⁊ ex ſtatione ſua ſecunda ad coniunctionem iens ſignificat inquiſitionem dilectionis ⁊ concordiam:⁊ a ſtatione ſua prima iens iterum ad retrogradationem ſignificat inquiſitionem contrarietatis ⁊ diſſimilationis tarditatem ⁊ verecundiam paruam ⁊ occupationem ⁊ ſtuporem in rebus:⁊ in medio retrogradationis ſignificat celeritatem temperatam ꝓpter ingenij debilitatem.⁊ apud ſtationem ſecundam ſignificat ſtuporem ⁊ occupationem ingenij ⁊ tarditatem ⁊ egreſſus ab hac celeritatem ⁊ apertionem ingenioruꝫ

⁊ coniunctione ſua ſoli per directionem ſignificat celeritatem ex paſſionem ingeniorum ⁊ latitudinem vel augmentationem eorum. Similiter Ueneri accidit in his locis ⁊ planetis altiorib⁹. Et dixit meſſcala, mercurius ſignificat ex figuris hominem non multum album neqʒ nigrum habentem colorem: frontem habentem eleuatam ⁊ longam: in facie longitudinem ⁊ naſuʒ longum: raram habentem barbam in maxillis ⁊ oculos pulchros non ex toto nigros: longos quoqʒ habentem digitos. Et ex partibus habet partē negociationis: ⁊ ſignificat timorem ⁊ infeſtationem ⁊ bellum ⁊ inimicicias ⁊ ſeductiones ⁊ contrarietates: ſignificat quoqʒ pfectum magiſterium ⁊ ſubtilitatem in opere ⁊ inquiſitione: ⁊ in ceteris que fiunt in hominibus ex actis ⁊ contentionibus. Et ex terris habet adelech alcuidem ⁊ maxime in meridie ⁊ terras indorum.

Luna fortuna feminina nocturna operat̃ frigiditatem ⁊ humiditatem: ⁊ eſt ſignificatrix matrum: ſi fuerit natiuitas nocturna ⁊ eſt in ea falſa temperatum ⁊ ſignificat etatem puerilem ⁊ initiuʒ creſcendi. ¶ Et ex operibus habet legationes ⁊ mādata: ⁊ opera aquarum atqʒ terrarum ſm quātitatem fortunij vel infortunij vel mali ꝙ ſi fuerit bona ſignificat bonum ⁊ econuerſo. Significat etiam principatum ſi prefuerit vel fuerit domina aliquibus rebus ad regem pertinentibus ſi fuerit fortunata a ſole in bono aſpectu ⁊ in bono loco. ¶ Et de ſubſtantia ſignificat argentum ⁊ terre cultum ſi habuerit auctoritatem in quarta ⁊ ex fide religionem. Et ex infirmitatibus epilenſiam paraliſim guttā caducam ⁊ vultus torſionem enodationem membrorum ⁊ commotionem: ⁊ quicquid fuerit in ſimilitudine frigoris ⁊ humiditatis. Et qualitatem animi ſm coniunctionem ſuam cum planetis. ¶ Cui ſi complectitur fortuna: ⁊ fuerit fortuna ipſa Uenus ſignificat curialitatem ⁊ benignitateʒ: ⁊ animi ſuauitatem: ⁊ morum honeſtatem: ⁊ motus celeritatem: ⁊ diuinum obſequium. Si fuerit Jupiter ſignificat honeſtatem cautelam ⁊ ſocietatem ⁊ benignitatem ⁊ vite pulchritudinem. Et ſi complexa fuerit malis ⁊ fuerit mars ſignificat ſtudium ſuſurrationis inter homines ⁊ vſum in talibus. Si Saturnus odium ſimulationem ac inuidiam. Si fuerit ſol ab aſpectu laudabili ſignificat diſpoſitionem regalem. Et ſi fuerit Mercurius ſignificat rhetoricam id eſt facundiam ⁊ bonitatem lingue ⁊ ſcripturam. Et dixerunt quidam ꝙ ſignificat cogitationem ⁊ nouitatem animi ⁊ debilitatem ſenſus ⁊ grauitatem lingue: ⁊ mulieres honeſtas: ⁊ nutritiones paruulorū: ⁊ matres ⁊ materteras. ⁊ preparationes ciborum. Et dixerunt alij ꝙ ſignificat cerebrum ꝓprie ⁊ pulmonem. ¶ Et ex coloribus habet croceum: ⁊ ex ſaporibus ſalſum. Et quantitas orbis eius eſt. 12. graduum. ¶ Et ſignificat ex viris oculuʒ ſiniſtrū: ⁊ ex mulieribus dextrum. Et ex diebus habet diē lune: ⁊ ex noctib⁹ nocteʒ veneris. Anni fridarie ei⁹ ſunt nouē. maioreſ aūt. 108. maximi 520. ⁊ medij. 66. ⁊ dimidium: ⁊ ſm quoſdam. 39. ⁊ dimidium: ⁊ minores vero 25. Et fortitudo eius ex plagis circuli in dextra occidentis. Et dixit Meſſeala ꝙ ſignificat de

figuris hominum hominem album cõfectum rubore iunctis ſupercilijs:be
niuolum habentem oculos nõ ex toto nigros:faciem rotundam pulchram
ſtaturã:⁊ i facie eius ſignum.Et ex terrijs habet arcoch ⁊ timanam ⁊ aldei-
lam.Et quidam dixerunt ꝙ ſignificat pueritiam ab initio menſis vſqꝫ ad.7.
dies:⁊ a.7.diebus vſqꝫ ad.14.dies iuuẽtutem:⁊ ſignificat etatem perfectio-
nis.i.medie etatis vſqꝫ ad.21.dies ⁊ noctes:⁊ ſenectutem vſqꝫ ad coniũctio-
nem:id eſt vſqꝫ in finem menſis quando coniungitur ſoli.Et cum fuerit ſub
radijs Solis ſignificat ſecreta ⁊ res occultas:⁊ ſimiliter omnis planeta:⁊ in
initio menſis quando creſcit ſignificat omne quod faciendum eſt:⁊ in imple
tione ſua quod deſtruendum eſt:quia decreſcit:⁊ in initio menſis ipſa ⁊ Sol
ſignificat accuſatores:⁊ in fine menſis accuſatos:⁊ ſignificat in initio menſis
lucrum ⁊ continentiam:in fine menſis ſtipendia ⁊ diſperſiones. ⁊ ſignificat
in oppoſitione contrarietatem.⁊ in initio mutationis ad oppoſitionem id-
eſt cum fuerint inter eam ⁊ oppoſitionem.15.gradus ſignificat initium con-
trarietatis ⁊ eius cauſam:⁊ cum ſeparata fuerit ab oppoſitiõe ſignificat cau
ſas exceptiõis a cõtrarietate:⁊ in exitu ſuo de ſubradijs Solis ſignificat exi-
tum ab occultatione ⁊ his ſiĩa:⁊ in introitu ſub radijs ſigſ aptationẽ ad oc
cultandũ:⁊ hora diuiſiõis a Sole ſigf̃ aptatiõẽ exit⁹ ſui ab occultatiõe:⁊ ho
ra exitus ſui de ſubradijs ſignificat apparitionem ⁊ aduẽtum ab abſentia:⁊
dum fuerit in quarto aſpectu Solis ſignificat diminutionẽ rei ſeu deſcenſio
nem ab alto in infimum. Silr̃ in quarto aſpectu ſcđo ſed in quarto aſpectu
primo ſignificat apparitionem rerum ⁊ lucrum ⁊ augmentum continentie:
⁊ in quarto aſpectu Solis ſecundo ſignificat horum oppoſita.Et dixerũt q-
dam ꝙ Luna a coniunctione quidem vſque ad dimidium luminis ſui pri-
mum erit natura eius humida ⁊ a medietate luminis ſui vſqꝫ ad impletiõẽ
erit natura eius calor:⁊ ab impletione vſqꝫ ad dimidium ſui luminis ſecun-
dum erit natura eius ſiccitas:⁊ a dimidio luminis ſui ſecundi vſqꝫ ad coniũ-
ctiõem erit natura eius frigus.Reliqui vero planete ab ortu ſuo vſqꝫ ad ſta
tionem ſuam primam in natura humiditatis erunt ⁊ ſignificant pueritiam:
⁊ a ſtatione ſua prima vſqꝫ ad oppoſitionem ſolis erit natura eorum calor:
⁊ ſignificat iuuentutem:⁊ ab hoc loco vſqꝫ ad ſtationem ſecundam erit natu
ra eorum ſiccitas:⁊ ſignificat perfectam etatem:⁊ a ſtatione ſua ſecunda vſ-
qꝫ ad occultationem ſuam primã erit natura eorum frigus:⁊ ſignificat ſene-
ctutem frigidam.Et dixerunt quidam ꝙ ſol ſignificat ſpiritum.i.animam vi-
talem.Luna cagitationem ⁊ ſenſum.Saturnus merorem ⁊ triſticiam vilita-
tem ⁊ malum.Jupiter ſapientiam ⁊ rationem.Mars iram furiam ⁊ celeri-
tatem.Uenus ludum ⁊ gaudiũ.Mercurius rationalitatem ſeu dialecticã
⁊ diſciplinam.Et quia diximus in hoc capitulo de ſignificatione planetarũ
dum complectuntur alteri planete.Similiter etiam eſt cõſiderandum in ce-
teris rebus que ſignificant planete.

De ordine vero planetarum ſeu principatu eorum in conceptiõe pue
rorum:⁊ qꝫdiu fuerint in ventre matris.Sciẽdum eſt ꝙ primus mẽ-
ſis ab hora.ſ.conceptionis eſt Saturni.Secũdus Jouis.Tertius Martis.
Quartus Solis.Quintus Ueneris. Sextus Mercurij. Septimus Lune.

Octauus Saturni:⁊ ideo nõ viuit qui naſcitur in octauo menſe: eo ꝙ ſub poteſtate Saturni naſcitur:⁊ nonus Jouis. Principatus quoq; ſiue ordinatio planetarum in vita humana.i.qualiter diſponãt vitam nati ita diuiditur. Luna incipit ab ingreſſu nati ideſt a natiuitate pueri:⁊ diſponit ſm quantitatem annorum nutritiuorum qui ſunt quattuor anni. Deinde Mercurius poſt decem.deinde Venus octo.poſtea Sol.19.poſtea Mars quindecim. poſtea Jupiter duodecim.deinde Saturnus vſq; in finem vite.

De natura capitis draconis ⁊ caude.

Caput draconis eſt maſculinus. Similiter etiam eſt fortuna ⁊ natura eius eſt compoſita ex natura Jouis ⁊ Veneris:⁊ hoc ſignificat regnum ⁊ fortunam atq; ſubſtantiam. Et dixerũt quidam ꝙ natura eius eſt augmẽtatio:quia cum fuerit cum fortuna auget fortunam eorum:⁊ cum fuerint cum malis auget malitiam eorũ:⁊ anni fridarie eius ſunt tres. ¶ Cauda vero eius eſt mala:⁊ natura eius eſt compoſita ex natura Saturni ⁊ Martis:⁊ ſignificat deiectionem ⁊ caſum atq; paupertatem. Et dixerunt quidam ꝙ natura eius ſignificat diminutiõem ꝙ cũ fuerit cum fortunis diminuit fortunam eorum:⁊ cum fuerit cũ malis diminuit malitiam eorum:ideoq; dictum eſt caput:eſt fortuna cum eſt cũ fortunis:⁊ malum cum malis:⁊ cauda mala cum bonis ⁊ bona cũ malis:⁊ anni eius fridarie eius ſunt duo.

De horis diei ⁊ noctis quorum ſunt planetaꝝ.

Si fuerit aliqua dies vel nox alicuius planetarum erit prima hora ipſius planete ⁊ ſecunda hora alterius planete qui ei ſuccedit:ceterorũq; ſm ordinem circulorũ pari ratione eſt ſucceſſio uer bi gratia. die ueneris cuius eſt ⁊ dies prima hora eſt ipſius ueneris ſecũda mercurij.tertia lune.quarta ſaturni.quinta Jouis.ſexta martis.ſeptima ſolis.octaua iterum ueneris.nona mercurij.decima lune.vndecima Saturni.duodecima Jouis.ecce habes.12.horas diei inequales. Item de horis noctis. Prima hora ſequentis noctis eſt martis cuius ẽ ⁊ tota nox. Secunda Solis. Tertia ueneris. Quarta Mercurij.quinta Lune.ſexta ſaturni.ſeptima Jouis.octaua iterum martis.nona ſolis.decima ueneris.vndecima mercurij.duodecima lune.⁊ ſic habes etiam.12.horas noctis inequales. Et incipit dies ſabbati poſtea cuius prima hora eſt ſaturni:⁊ ipſius eſt tota dies ſic per ordinem numerando inuenies horas dierum ⁊ noctium ⁊ diuiſiones earum ſuper planetas ſingulos ſi deus uoluerit.

De horis maſculinis ⁊ femininis.

Dicuntur ⁊ hore eſſe maſculine ⁊ feminine:quia hora prima vniuſcuiuſq; diei ⁊ noctis eſt maſculina.ſecunda feminina.tertia maſculina.quarta feminina.ſicq; ſuccedunt per ordinem.vna.ſ.feminina.alia maſculina.vſq; in finem diei ⁊ noctis.

Differentia tertia in his que accidunt planetis ſeptem in ſemetipſis ⁊ quid accidat eis abinuicem.

T quia iam annuente deo iam pegimus eſſe planetarum in ſemetipſis: ⁊ quid ſignificent: proſequamur narrando quid eis accidat in ſemetipſis ⁊ abinuicem id eſt a quibuſdam erga quoſdam.

SIgnificatio planetarum in ſemetipſis eſt vt ſit planeta aſcendens in circulo augis ſue minor lumine ⁊ magnitudine atqꝫ curſu ideſt cum fuerit inter ipſuꝫ ⁊ ſuam augeꝫ minus.90.gradibus ante vel retro ſi autem fuerint inter ipſuꝫ ⁊ augem.90.gradus equales erit equalis in lumine ⁊ magnitudie atqꝫ curſu.ſi vero fuerit extra hec duo loca.i.plus.90.erit deſcendens de circulo augis ⁊ apparebit maior lumine ⁊ magnitudie ac curſu velocior: ⁊ ſi fuerit portio eius equata min⁹.180.gra. erit augens numerum.⁊ ſi fuerit plus erit minuens numeruꝫ: ⁊ ſi fuerit portio eius equata ex.180.gra.vel.360.erit nec augens nec minuens: ⁊ ſi addat̄ equatio equata ſuper medium curſum dicitur augens curſum vel numerū: ⁊ ſi minuitur eius equatio dicitur minuens numerum. Et quando aliqs planetarum altiorum.3.vadit plus medio curſu ſuo dicitur augere curſum: ⁊ ſi minus vadit dicitur minuere curſum: ⁊ ſi vadit tātum dicitur curſu equalis ⁊ quando aliquis planetarum inferiorum vadit plus medio curſu ſolis erit augens curſum.quando vadit minus dicitur minuens curſum: ⁊ quādo vadit tantum erit curſu equalis. Luminarium autem eſſe in curſu eſt ſicut eſſe trium altiorum planetarum. Fit quoqꝫ planeta ſeptētrionalis cum tranſierit genzahar ſuum.i.cum tranſierit per viam Solis iens a meridie in ſeptentrionem ille trāſitus.i.illa abſciſio circulorum dicitur gēzahar.cum ergo planeta tranſierit ipſam abſciſionem ⁊ fuerit inter planetam ⁊ ipſam abſciſionem minus.90.gra.erit planeta ſeptētrionalis aſcendēs: ⁊ cum fuerit a.90. vſqꝫ ad.180.erit ſeptētrionalis deſcendens: ⁊ cum tranſierint hunc numeruꝫ ideſt cum habuerit plus iens ad.270.erit meridianus deſcendens: ⁊ cū trāſierint hunc numerum iens ad.360.erit meridianus aſcendens.hoc eſt eſſe planetarum in ſemetipſis.

De eſſe aūt planetaꝝ ab inuicē tractemus.ſ.qd accidat.5 planetiſ erga luminaria: ⁊ dicemus ex hoc qđ dixit Ptolemeus de almugea hoc eſt de viſione inuicem faciei ad faciē.hoc eſt cū fuerit inter planetā ⁊ ſolem: dum fuerit planeta occidentalis.i.dum ſeqt̄ ſolem tm̄ quātum eſt inter domū illius planete ⁊ domū ſolis de ſignis: aut cū fuerit inter ipſuꝫ planetā ⁊ lunā cū fuerit oriētalis a luna.i.duꝫ ſuccedit luna tantū quātum eſt inter domū planete ⁊ domū lune ex ſignis.i. cū fuerit planeta tm̄ diſtās a ſole poſt quantū diſtat domus eius a domo ſo-

lis:ſimiliter ꝺ luna dicit: q2 cū planeta ſucceſſerit ſoli 7 fuerit a ſole ſaturnus .ſ.in.6.ſigno:7 iupiter in.5.mars in.4.venus in.3.mercurius in.2.tūc dr̄ eſſe in almugea ſolis.Sil'r cū fuerit inter vnūquēq3 planetā 7 lunā ſuccedēte hic numerus ſignoꝝ vniuſcuiuſq3 planete dicitur eſſe in almugea lune.

De ductoria.i.ſecuritate planete.

Est hoc ductoria planete.i.vt ſit planeta in ſuo haiz.i.in parte ſibi ꝓpria 7 aliquo angulorum aſcendentis:7 aliquod luminarium: ſimiliter in loco ſibi conſimili in quadrante videlicet in aliquo angulo.ita ꝙ ſit planeta in die orientalis a ſole:in nocte occidentalis a luna 7 omnis planeta dicitur eſſe in ſua ductoria ſ3 quoſdā cum fuerit inter planetam orientalem 7 ſolem.60.gra.Et omnis planeta ex quo tegit' a radijs ſolis donec appareat de ſubradijs vocat' cōbuſtus:7 du3 incipit intrare radios dr̄ incepiſſe cōburi:7 dum abſcōdit' ſub radijs 7 fuerit ꝓpe ſolem p.12.gra.dicit' oppreſſus 7 cū fuerit cū ſole in vno gradu fuerintq3 inter eos.16.minuta:vel infra 7 latitudo eius ſil'r vocat' vnitus:7 cū trāſierit eandem vnionē petēs exitū donec videat' vocat' euaſus.Et ex quo apparent tres altiores de ſubradijs 7 incipiūt oriri.i.apparere mane ante ſolem: hoc eſt cū fuerint ꝓpingiores circulo hemiſperij orientalis donec veniāt ad oppoſitionē vocant' orietales dextri:7 ex quo trāſierit oppoſitionē donec cōiūgātur iterū ſoli vocātur occidētalis ſiniſtri.Venus vō 7 Mercuri9 ex quo ſepat' aliqs eoꝝ a gradib9 ſolis in medio retrogradatiōis ſue:7 apparēt donec cōburant' a ſole i ſua directiōe vocātur orietales: 7 ex quo ſepant' a ſole in medio directōis ſue dōec iterū cōburāt' in retrogradatōe ſua vocāt' occidētales:7 cū fuerit in ortu ſuo.i.cū fuerit orietales vocāt' dextri:7 dn̄r eē maſ. 7 occiduo ſuo.i.cū fuerit occidētales vocāt' ſiniſtri:7 dn̄r eē feminei: 7 tūc ſūt fortiores.¶Tres vō altiores poſtq3 exeūt de ſubradijs ſolis vocant' orietales 7 dn̄r augmētari in fortitudine vſq3 ad.30.gra.a ſole 7 vocāt' poſt h' vſq3 ad.30.gra.alios orietales fortes vel fortiores:7 cū trāſierint ſolē.60.gra.vocantur planete orietales eūtes ad debilitatē donec veniāt ad retrogradationem tūc noiant' orietales retrogradi:donec ſint 7 veniāt in oppoſitōe:7 poſt hoc erūt occidētales retrogradi cū trāſierint oppoſitōe3:donec ꝑueniāt ad directionē:deinde a directiōe vſq3 ad.60.gra.poſt directiōe3: donec ſit lōgitudo eoꝝ a ſole.30.graduū dicunt' occidētales fortes:deinde a longitudine 60.gra.poſt directionē dicunt' occidētales eūtes ad debilitatē:deinde fiunt occidētales debiles donec intrēt ſub radijs ſol'.¶Inferiores quoq3 ex quo ſepant' a ſole:7 ipſi retrogradi vocant' orietales debiles:ſicq3 eſſe nō deſiſtūt donec veniāt ad directiōe3 ſuā:7 tūc fiūt orietales fortes:donec lōgitudo eorū ſit a ſole ſicut lōgitudo ſolis ab eis fuit dū cepiſſent debilitari eūtes ad retrogradatōe3:deinde fiūt orietales debiles dōec ſupponāt radijs ſolis poſt hoc ſūt cōiuncti:deinde cōbuſti euntes ad apparitiōe3 donec videātur:7 ex quo ſeparant' a ſole in directōe vſq3 ad.60.gradus ſūt fortiores:7 a.60.vſq3 ad horā ſue retrogradatiōis erūt occidētales fortes:7 donec fuerint cū ſole erunt debiles:7 planeta cū exierit de ſubradijs ſolis:7 nulli planete iunctus fuerit dicit' ꝙ ſit in lumine ſuo:hoc eſt eſſe planetaꝝ cum luminaribus.

De his que accidunt planetis ad ſeinuicem.

Eſſe autem illorum erga ſeinuicem hoc eſt idem q̄ cõiunctio.ſ. cum fuerint duo planete in duobus ſignis aſpicientib⁹ ſe ⁊ fuerit leuior in ſigno ſuo minus gradibus q̄ꝫ fuerit ponderoſior in ſigno ſuo: fuerintqꝫ inter eos.6.gra.vel infra: tunc dicit̃ q̄ leuior eat ad cõiunctionem ponderoſioris: ⁊ cū gradus eoꝝ fuerint equales perficitur coniunctio eoꝝ: ⁊ cum trãſierit eum erit ab eo ſeparatus cõiunctio hec dicitur cõiunctio longitudinis. ¶ Cõiunctio ṽo latitudinis ẽ: vt duo planete iungãtur per latitudinem. Et ſi fuerit applicatio cõiunctiõis oportet: vt ſit latitudo eorum equalis in vna parte: ⁊ ſi fuerit cõiunctio ex oppoſitione oportet vt ſint latitudines eorum equales: ita vt latitudo vnius ſit aſcendens in ſeptẽtrione: ⁊ alterius deſcendẽs in ſeptẽtrione vel vnius aſcẽdens in meridie: ⁊ alterius deſcẽdẽs in meridie: aut ſi fuerit applicatio ex aliquo aliorum aſpectuum: hoc eſt q̄ ſit latitudo vnius ſeptẽtrionalis aſcẽdẽs: ⁊ alterius meridiana deſcendens: ⁊ ecõuerſo in meridie: ⁊ hec eſt applicatio latitudinis que dicta eſt. ¶ Et cū ſeparatur vnus planeta ab alio ⁊ nulli planetarum iungitur q̄ꝫdiu in eodem ſigno fuerit dicitur curſu vacuus. ¶ Et cum fuerit planeta in aliquo ſigno: ⁊ aliquis planeta nõ aſpexerit hoc ſignū alter planeta q̄ꝫdiu in eodem fuerit dicitur feralis vel agreſtis. ¶ Et cum ſeparatur planeta leuis a planeta ponderoſiori ⁊ iunctus fuerit alteri. trãſfert naturam primi ad ſecundum. Tranſfert etiam planeta naturam alio modo hoc eſt vt planeta leuis iungatur planete ponderoſiori ſe: ⁊ ip̄e ponderoſior iterum alteri ſe ponderoſiori: tunc melius transfer naturam leuioris ad põderoſiorem. ¶ Si autem non iungitur vnus iſtorum alteri: ⁊ iungitur vterqꝫ alteri: tunc ſi aſpexerit ille tertius planeta aliquem locorum circuli reddit lumen eorum ad locum ipſum. ⁊ hoc vocatur redditus luminis. Iterum ſi vnus planeta non iungitur alteri: ſed alter planeta tertius in vtroſqꝫ trãſtulit lumen: tunc hec coniunctio dicitur etiam redditus luminis. ¶ Sequitur prohibitio ⁊ ſit duobus modis. Uno.ſ. ex coniũctione hoc cum fuerint tres planete in vno ſigno: ſed in diuerſis gradibus: ⁊ fuerit põderoſior plus gradibus: tunc ille qui eſt medius ꝓhibet priorem illum.ſ. qui eſt minus gradibus ne iungatur ponderoſiori donec pertranſeat eum. Secundo modo vt duo planete ſint in vno ſigno: ⁊ leuior iungatur ponderoſiori: alter quoqꝫ iũgatur eidem ponderoſiori per aſpectum: ille ergo qui eſt cum eo in vno ſigno aſpicientem prohibet a ponderoſioris cõiunctione: ſi fuerint tamẽ gradus illius qui iungitur: ⁊ ipſius qui aſpicit equales.i. vnius numeri. Si vero ille qui aſpicit fuerit propior gradui ponderoſioris erit coniunctio aſpicientis. Et ſi coniungitur planeta domino illius ſigni in quo fuerit: vel domino exaltationis ſeu domino ceterarum dignitatum in quibus fuerit: dicit̃ pulſare ideſt mittere naturam illius planete domini.ſ. eiuſdeꝫ dignitatis ad eū. ¶ Et ſi fuerit planeta in aliqua dignitatū ſuarutu ⁊ fuerit iunctus alij planete qui habeat etiam partem dignitatis in eodem loco mittit ei etiam vtranqꝫ naturam ſuam: ſcilicet ⁊ illius cui iungitur: ⁊ hec miſſio omnis vocatur alcobol ideſt receptio.

NUnc ſequitur redditus.i.quādo iungitur planeta alicui planete qui cōburitur.i.ꝙ fuerit ſub radijs ſolis vel fuerit retrogradus redditqꝫ ei virtutem ꝑꝑ debilitatem ſuā quā non valet retinere: tunc ſi fuerint vtriqꝫ planete in angulo vel ſuccedētibus angulorum erit redditus cum ꝑſpicuo.ſimiliter ſi fuerit qui coniungit̃ ei tātum in angulo:⁊ ille cui cōiungitur receperit eum.Si autē fuerit planeta ꝗ iungit̃ cadēs ab angulo ⁊ ille cui cōiungit̃ in angulo vel in ſequenti angulorum:aut ſi vtriqꝫ fuerint cadentes erit redditus cum detrimento.

Inde ſequitur almenē.i.refrenatio que fit quādo planeta vult cōiungi alteri:ſed anteqꝫ iungat̃ accidit retrogradatio ⁊ ſic deſtruitur eius cōiunctio.¶Hanc ſequit̃ alichorad.i.cōtrarietas accidens:hec fit cum aliquis planeta leuis fuerit multoꝝ graduum in ſigno ⁊ alter illo ponderoſior minus gradibus .tertius quoqꝫ leuior primo volens cōiungi ponderoſiori:ſed anteqꝫ ei coniungatur fit retrogradus ille leuior qui habet plures gradus ⁊ iungit̃ ⁊ applicatur illi pōderoſo.⁊ tranſiens illum iungitur etiam alteri planete leuiori: ⁊ ſic deſtruit̃ coniunctio illius prioris cum ponderoſo.

SEquitur alfazim.i.fruſtratio.hꝫ quoqꝫ fit cum aliꝗs planeta petit coniunctionem alterius planete.ſed anteqꝫ perueniat ad eum mutatur iſte in aliud ſignum ⁊ erit aliquis planeta in paucis gradibus aſpiciens ipſum ſignum ⁊ erunt radij eius in initio ſigni.Cūqꝫ exierit ſequēs planeta de primo ſigno iungitur iſti aſpicienti ⁊ annullatur coniunctio quā habebat cum illo.ſ.cum primo.

HInc ſequitur abſciſio luminis hoc eſt quādo aliquis planeta petit cōiunctionem alterius ⁊ fuerit in ſecundo ſigno a ſigno illius cui iungitur alter planeta:ſed anteqꝫ iungatur ei ꝓus fit ille qui eſt in ſecūdo ſigno retrogradus.coniungiturqꝫ ei ⁊ abſcindit lumen ſuum a planeta qui volebat cōiungi ei:ſimiliter ſi fuerit planeta iens ad cōiunctionem alterius planete:⁊ ipſe alter planeta cui vult iūgi petat cōiunctionem alterius planete ſe pōderoſioris:ſed anteqꝫ ꝑueniat leuis ad gradus ponderoſioris iungitur ipſe ponderoſus alteri ſeipſo pōderoſiori:⁊ abſcindit lumen illius a planeta primo leuiori.

De locis fortunatis ⁊ malis.

SUnt quoqꝫ his planetis loca in quibus cōfortantur ⁊ in quibus debilitātur:⁊ loca in quibus fiunt fortune:⁊ loca in quibus fiunt mali.Sed loca in ꝗbus fiunt fortune ſunt hꝫ:vt.ſ.ſint in aſpectibus bonoꝝ.i.in aliquo aſpectu vtili.ſ.ſextili:aut in trino aſpectu qui a ꝗbuſdam ita nominatur exagona radiatio quoqꝫ ac trigona: ⁊ vt ſint mali cadentes ab eis ſintqꝫ ſeparati ab iſortuna:⁊ iuncti fortune:aut ſint obſeſſi a fortunis vel radijs eorum.i.vt ſint iter duas fortunas vel inter radios fortunaꝝ. ¶Hec eſt.n. obſeſſio vt habeat planeta fortunam vel radios eius

ante ſe ⁊ aliam fortunam: vel eius radios poſt ſe. Et quidaȝ vocant hoc altiſfert ideſt veneratio: aut ſint vniti cum ſole in vno gradu: aut ſint in aſpectu eius ſextili: ſiue trino vel conſimili aſpectu lune ⁊ luna tunc ſit fortunata: ⁊ vt curſu ſint veloces aucti lumine ⁊ numero: aut ſint in dignitatibus ſuis vł in ſuo haim: ideſt in ſua ſimilitudine vt ſit videlicet plāeta maſculinus in ſigno maſculino: ⁊ femininus in ſigno feminino ⁊ diurnus in die ſuper terram ⁊ in nocte ſub terra nocturnus in nocte ſuper terraȝ: ⁊ in die ſub terra ⁊ reliqua ⁊ vt ſint in ſignis in quibus habuerint dignitates ſeu poteſtates ſuas: vel in gaudijs ſuis vł in gradibus lucidis recepti: ⁊ ex fortitudine eorum eſt vt ſint aſcendentes in ſeptentrione: aut ſint ſeptentrionales: vel ſint aſcendētes in circulo augis ſue: aut in ſtatione ſecunda hoc eſt qn̄ fuerint in ſtatione vbi dirigantur a retrogradatione: aut ſint exeuntes de ſubradijs ſolis: aut ſint in angulo: vel in ſequenti eius: aut ſint tres altiores orientales a ſole: ꝙ ſi eū aſpexerint ſextili: aut trino aſpectu: erit illis hoc augmentum fortitudinis: aut fuerint in quartis maſculinis ⁊ ſol cuȝ fuerit in illis quartis maſculinis: aut in ſignis maſculinis erit fortis etiam niſi ſit in libra: quia ibi cadit. Et ex fortitudine trium inferiorum eſt vt ſint occidentales a ſole: aut in quartis femininis ⁊ ex fortitudine lune: vt ſit in nocte ſuper terraȝ ⁊ in die ſub terra in loco feminino: vel in ſigno feminino: ⁊ cum fuerit in exaltatione ſolis.

De infortunio planetarum.

Ex infortunio vero planetarum ⁊ deſtructione eorum eſt vt ſint in coniunctione malorum: aut in oppoſitione eorum: vel in eorum tetragona: aut trigona: aut exagona radiatiōe: aut ſi fuerit inter eos ⁊ corpus mali vel radios eius minus termino planete: aut fuerint in terminis malorum: aut domibꝰ eorum: aut ſint mali eleuati ſuper eos a.x.vel.xi.a locis eoruȝ: ⁊ multo deterius ſi non receperint eos. Aut fuerint in coniunctione ſolis: vel oppoſitione eius: vel in tetragona radiatione: aut fuerit in capitibus ſuorum genȝabar: aut cum caudis ſuis: aut cum capite draconis vel cauda ſintq̧ inter eos ⁊ inter aliquem iſtorum ſcilicet locorum.22.gradus vel infra: ⁊ maxime ſi fuerit luna in aliquo eorum: ſimiliter ⁊ ſol tunc magis impeditur ab eis.i.a capite vel cauda cum fuerint inter ipſum ⁊ vnum eorum etiam.4.grad. ante vel retro: aut fuerint planeta obſeſſi inter duos malos: hoc eſt vt ſit planeta in ſigno aliquo ⁊ cum eo malus: vel radij eius ante ſe: ⁊ malus vł radij eius poſt ſe: aut ſeperetur a malo per coniunctionem: vel per aſpectum: ⁊ iungatur tali modo alteri malo: aut fuerit malus: vel radij eius in ſigno quod eſt ante eum: ideſt in ſecundo ab eo: ⁊ in ſigno quod eſt poſt euȝ: ideſt in.12.ab eo fuerit alter malus: vel radij eius. Similiter dicitur de ſignis ꝙ ſint obſeſſa. Quod ſi aſpexerit fortuna vel ſol eundem planetam obſeſſum: vel ſignum obſeſſum a trino: vel a ſextili aſpectu fueritq̧ inter eū ⁊ coniunctionē minus ſeptē gradibus ſoluiť ipſa malicia vel obſeſſio. ¶ Et ex hoc vt ſit planeta retrogra-

dus:vel ſub radijs ſolis combuſtus:aut cadens ab aſcendente:aut ex debi-
litate eorum:vt ſint tardi curſu:aut in ſtatione prima:hoc eſt quando ſtant:
vt retrogradi fiant:aut ſint in gradibus tenebroſis:aut ſint maſculini ī ſignis
femininis:ꝛ gradibus femininis in die ſub terra:ꝛ in nocte ſuper terram:
aut ſint feminini in ſignis maſculinis:ꝛ in gradibus maſculinis in nocte ſub
terra:ꝛ in die ſuper terram:aut ſint in oppoſitione dignitatum ſuarum: ſeu
poteſtatum:aut deſcendentes in meridie vel meridiani:aut cadentes ab an
gulis:vel a ſuccedentibus angulorum:aut in domibus cadentibus:aut ſint
in via combuſta que eſt medietas vltima libre:ꝛ ꝑma medietas ſcorpionis:
aut iungantur planete retrogrado vel impedito ſeu cadenti:aut non ſint re
cepti. Aut ſint tres altiores a ſolo occidentales: aut in quartis femininis: ꝛ
debilitas ſolis eſt:vt ſit in ſignis femininis:aut in quartis femininis:niſi ſit in
domo nona:ꝛ debilitas trium inferiorum eſt vt ſint orientales:aut in quar-
tis maſculinis.

De amicicia ꝛ odio planetarum.

Et dicitur in planetis ꝙ ſint quidam eorum ſe inuicem diligen-
tes ꝛ odientes:nam de diligentibus quidam antiquorum dixe-
runt ꝙ Jupiter diligit omnes planetas ꝛ ſit amicus eorꝫ ꝛ ipſi
illius preter martem. Ueneris amici ſunt omnes planete ꝛ om-
nes diligunt eum preter ſaturnum. ¶ Saturni autem amici ſūt
Jupiter Sol ꝛ Luna ꝛ inimici eius Mars ꝛ Uenus ꝛ ipſa plus habet eum
odio. ¶ Et amica martis eſt Uenus ꝛ ceteri planete odio habent euꝫ ꝛ plus
Jupiter ꝛ Sol. ¶ Solis vero amici ſunt Jupiter ꝛ Uenus:ꝛ inimici Mars
Mercurius ꝛ Luna. ¶ Mercurij amici ſunt Jupiter Uenus: ꝛ Saturnus
tantum:ꝛ inimici eius ſunt Sol ꝛ Luna ꝛ Mars. Lune autem amici ſūt Ju-
piter ꝛ Uenus ꝛ Saturnus:ꝛ inimici Mars ꝛ Mercurius. Capitis draco-
nis amici ſunt Jupiter ꝛ Uenus:ꝛ inimici Saturnus ꝛ Mars. Caude vero
amici Saturnus ꝛ Mars:inimici Sol ꝛ Luna Jupiter ꝛ Uenus. Et ſūt alie
ſpecies inimicicie.cum fuerint duo planete habentes domos ſuas oppoſi-
tas:vt Mars ꝛ Uenus: ꝛ cum coniunguntur dicitur apertio portarum.
Tertia quoqꝫ ſpecies inimicicie eſt vt ſint duorum planetarum exaltationes
oppoſite. Fortior autem planetarum amicicia eſt:vt concordet planeta cum
planeta in natura ꝛ in qualitate atqꝫ ſubſtantia ꝛ poteſtate ſicut concordat
Mars cum ſole:quia vterqꝫ concordat in caliditate ꝛ ſiccitate ꝛ acuitione ꝛ
celeritate:ꝛ eſt dominus exaltationis eius in qua apparet eius fortitudo: ꝛ
vti concordat Luna ꝛ Uenus in frigore ꝛ humiditate:ꝛ eſt domina exalta-
tionis eius. Cum autem concordauerunt duo planete in natura ꝛ ſubſtātia:
vt Jupiter ꝛ Uenus ſunt amici.

Differeutia quarta in expoſitione nominum aſtrologorum.

ET proſequamur nūc expoſitionem nominū aſtrologorum. Initium horum eſt. Coniunctio ⁊ res ſignificantes deſtructiões ſeu mutationes que fiunt in hoc ſeculo ex cōiunctionibus: quaꝝ numerus eſt ſex: maior autem omnibus cōiunctionibꝰ eſt coniunctio ſaturni ⁊ iouis in initio arietis ⁊ h̄ fit in .960. ānis. ¶ Secunda aūt eoꝝ ꝯiunctio eſt in initio vniuſcuiuſqꝫ triplicitatis ⁊ h̄ fit i .240. ānis. Iungūtur .n. in vnaquaqꝫ triplicitate duodecies: ⁊ fortaſſis faciūt in vnaquaqꝫ triplicitate .13. ꝯiunctiones: deinde mutat̄ eoꝝ coniunctio ad triplicitatē que huic ſuccedit. ¶ Tertia autē coniunctio eſt ſaturni ⁊ martis in initio cancri q̄ fit in oībus .30. ānis. ¶ Quarta quoqꝫ eſt coniūctio iouis ⁊ ſaturni in vnoquoqꝫ ſigno q̄ fit in oibꝰ .20. ānis. ¶ Quīta ē deſcēſio luminaris maioris in pūctū eqnoctij vernalis tpis .ſ. ingreſſus ſolis i capite arietis que fit i omni āno. ¶ Sexta eſt ꝯiuntio luminarium ⁊ oppoſitio eorum que fit in dimidio cuiuſqꝫ menſis lunaris. Et quādo dicitur aſcendēs cōiunctionis dicit̄ vel ſignificat̄ aſcendens mundi .i. ſignū quod aſcēdit hora introitus ſolis in predictū punctum eqnoctij vernalis in initio .ſ. illius anni in quo debet fieri coniunctio predicta.

De annimodar .i. gradus aſcendētis natiuitatū inueſtigatione.

ET ex hoc annimodar qđ eſt inueſtigatio gradus aſcēdētis alicuiꝰ natiuitatis: ⁊ putant multi aſtrologorum ꝙ inueniatur ꝑ eundem idem gradus aſcēdētis natiuitatis alicuius: ſed hoc falſum eſt: ⁊ hoc iā patefeci in libro meo quem feci de annimodar: ſed inuenit̄ ꝑ eūdem dignior oībus gradibus circuli poſt gradum aſcendētis in eadem hora ſ̄m curſūꝫ naturalem: ⁊ cōcordat multotiēs .i. accidit aliquādo ꝙ inueniat̄ ꝑ eum gradus aſcendētis. Cuius rei cognitio eſt vt cōſiderer̄ gradus cōiunctiōis vel gradꝰ preuentionis q̄ fuerit ante ipſaꝫ natiuitatē: ⁊ ſi fuerit ꝯiunctio illi natiuitati ꝓpior vocatur ipſa natiuitas ꝯiunctionalis: ⁊ ſi fuerit preuētio illi ꝓpior dicit̄ preuētionalis .i. in qualicūqꝫ eoꝝ fuerit natiuitas in cōiunctione .ſ. vel preuentione eodem mō ⁊ noīe natiuitas ꝑdicta nūcupatur: ⁊ qꝛ gradus cōiunctionis eſt idem gradus in quo iungūtur luminaria nulla eſt inquiſitio: nec indiget expoſitiōe: in preuētione aūt qꝛ vnūquodqꝫ luminarium eſt in gradu ſuo ideſt in diuerſis gradibus. Neceſſe eſt nobis ſcire quē hoꝝ graduū velit intelligi gradum preuētionis: ⁊ iam dixit Ptolemeus: qꝛ gradus illius luminaris qđ fuerit ſuper terram eſt gradus preuētionis: ⁊ qdā ſapiētum dixerunt ꝙ ſi euenerit in preuētione ꝙ vnū luminariū ſit in gradu orientis ⁊ alterum in gradu occidētis: tunc gradus orietis erit gradus preuētionis. Et dixit Vellius: qꝛ gradus preuētionis eſt gradus in quo fit impletio volēs intelligi gradum lune: ſed quia hoc ē opus Ptolemei oportet in hoc nos redire ad eiꝰ ſentētiam. cum ergo gradus cōiunctiōis vel gradus preuētionis certiſſime patuerit cōſtitues gra. aſcēdētem ꝑ extimatiōeꝫ hore natiuitatis ⁊ quattuor angulos ⁊ reliquas domos: deinde aſpicies gra. cōiunctiōis: vel gradum ꝑ-

uentionis que fuerit ante natiuitatem:⁊ qs planetaꝝ in eo fuerit dignioꝛ vel
foꝛtioꝛ in eadem hora cõiunctionis vel ꝑuentionis per multitudinẽ dignita
tum ſeu poteſtatũ.i.cõſiderabis qs planetaꝝ habeat mai⁹ dominiũ in eodeꝫ
loco. Hunc ergo planetã equabis ad hoꝛã opinatã natiuitatis.deinde aſpi-
cies vtruꝫ ſit gradus illius planete in ſigno in quo eſt ꝓpioꝛ gradui.x.dom⁹
aut gradui aſcendẽtis ⁊ cui hoꝛũ ꝓpioꝛ fuerit facies hunc anguluꝫ ad iſtar
gradus ipſius planete ⁊ ei⁹ minuti:⁊ diuides.xii.domus per cũ dixit Ptole-
meus ſi planete plures cõuenerint in dominio eiuſdem loci ⁊ fuerint equa-
les in foꝛtitudine cõſtitues dominum loci illum qui fuerit dñs haim:qꝫ ſi in
hoc etiã cõuenerint cõſtitues eum qui velocius dꝫ mutari ab eſſe ſuo ad id
qđ fuerit melius.i.eũ q voluerit exire de aliquo ſigno in quo fuerit:⁊ intrare
aliud in quo habuerit plures dignitates:vel ſi fuerint oꝛiẽtales a ſole eligeſ
eũ q ſoli fuerit ꝓpinqoꝛ ⁊ nõ fuerit ſub radijs. Si ṽo in angulo fuerit ille eſt
eligẽdus q gradui eiuſdem anguli fuerit ꝓpinquioꝛ:⁊ hoc intellige.

Et ex hoc hylech.i.locus vite in natiuitatibus cuius ſciẽtia eſt:
vt pꝛimo aſpicias hoꝛam natiuitatis:que ſi fuerit in die accipies
a ſole:q ſi fuerit ante gradũ ſigni aſcendentis p.5.gradus aut in
fra:aut fuerit in.10.vel.11.ſiue maſculinũ fuerit ipſum ſignum ſeu
femininũ aptus erit:vt ſit hylech.Si autẽ fuerit in his trib⁹ locis
.ſ.in ſeptima vel octaua vel nona i ſigno maſ.ſimilr aptus erit:vt ſit hylech.
Si ṽo fuerit in his trib⁹ locis in ſigno feminino nõ erit aptus:vt ſit hylech.
Hinc aſpiciens Lunam que ſi fuerit in aſcendẽte vel in ſecũda vel tertia:aut
in ſeptima vel octaua erit apta hylech ſiue maſculinũ ſiue femininũ fuerit ſi-
gnum. Et ſi fuerit ante gradũ ſigni aſcendẽtis p.5.gradus vel infra:aut fue
rint in 10.vel.11.aut in q̃rta vel q̃nta vel in ſeptima in ſigno feminino apteſ hy
lech.Si aũt fuerit in aliquo iſtoꝛũ in ſigno maſculino non erit apta hylech ſi
fuerit in die natiuitatis.Si vero natiuitas fuerit nocturna incipiamus a lu-
na que ſi fuerit in aliquo p̄dictoꝛũ locoꝛũ:ſm qꝫ p̄diximus erit apta hylech.
Si aũt luna nõ fuerit in eis aſpiciẽs poſt hoc ad ſolẽ.q ſi fuerit ante gra.7.p
.5.gra.vel infra:aut ſi fuerit in.4.vel in.5.erit aptus vt ſit hylech ſiue ſignuꝫ
fuerit maſculinũ ſiue femininũ.ſi vero fuerit ante aſcendẽtem.5.gradib⁹ vel
infra:aut in aſcendẽte:vel in ſecũdo ſigno maſ.aptabiť ẽt hylech.Si aũt fue
rit in aliquo iſtoꝝ locoꝝ in ſigno femi.nõ erit aptus hylech.Quod ſi lumina
rium aliqđ nõ fuerit aptũ hylech.Aſpice poſt hoc natiuitatẽ:vtrũ ſit coniun-
ctionalis aut ꝑuentionalis.i.vtrũ ſit poſt cõiunctionẽ vel ꝑuentionẽ. Quod
ſi fuerit natiuitas cõiunctionalis ⁊ fuerit gradus cõiunctõis in aliquo angu
loꝛum: vel in ſuccedenti angulo:erit in loco apto hylech. Si vero p̄dictus
gradus fuerit cadẽs ab his octo locis.i.ab angulis ⁊ a ſuccedẽtibus angul'
nõ erit hylech.Aſpicies tũc gradũ ptis foꝛtune:q ſi fuerit in aliquo anguloꝝ
vel in ſuccedẽtib⁹ angulis:erit in loco apto hylech.Si vero cadẽs fuerit ab
his.8.locis.Aſpicies poſt hoc gradũ aſcendentis ⁊ cõſtitues eũ hylech. Si
ṽo natiuitas pꝛeuẽtionalis fuerit:incipies a gradu pꝛeuentionis. Aſpicieſqꝫ
eum ſicut pꝛius feciſti in gradu cõiunctionis:⁊ poſt ipſum gradũ ptis foꝛtu-
ne:poſt ipſum gra.aſcendẽtis eo oꝛdine quo p̄diximus in gradu coniunctio-

nis. De ſexu aūt ſignoꝝ nō curabis.i.nō aſpicies vtrū ſint ſigna illa maſ.vel
femi.niſi tantūmodo in luminaribus hoc eſt in gradu cōiunctiōis vel pꝛeuē
tionis ⁊ aſcēdētis ⁊ partis foꝛtune nō cōſideres vtrum ſint in maſ.ſignis vel
femi.tam in angulis q̃ʒ in ſuccedētibus anguloꝝ:ſed hec quatuoꝛ tm̄ erunt
tunc apta hylech cū fuerint in his octo locis.i.in angulis vel ſuccedentibus
eoꝛum:ſi vͦo fuerint in locis recedētibꝰ.i.cadētibus ab angulis nō erūt apta
hylech. Apparet itaqʒ ꝙ ſol ſit hylech aptus in die et nocte ſup terraʒ ⁊ ſub
terra in.11.locis:ſup terram in.6.locis ⁊ ſub terra in.5.Luna quoqʒ apta erit
hylech in die et nocte ſup terram ⁊ ſub terra ſimiliter in.11.locis ſuper terrā
in.5.⁊ ſub terra in.6.⁊ cum hoc ſi fuerit luna in his locis ſub radijs ſolis nō
erit apta hylech. Aſpiciēs autē hylech in angulis ⁊ ſuccedētibus eoꝛū ſecun
dum ꝙ equātur.12.domus circuli per gradus hoꝛarum aſcēdētis ſecūdum
ꝙ exponiṫ eius opus in canone planetarum:ideſt in libꝛo curſuū planetaꝝ.
Cūqʒ equaueris domos hoc modo:omnis planeta qui fuerit ante gradum
ſigni aſcendētis vel cuiuſlibet domus per.5.gradus vel infra erit foꝛtitudo
eius valida in domo que ei ſuccedit:⁊ omnis locus ex locis que p̄diximus ē
aptus hylech:ſi aſpexerit eum aliqs dominoꝛum illius qui ſit dominus do-
mus:aut dominus exaltationis:aut dominus termini:aut triplicitatis:aut
dominus faciei:⁊ ſi non:non erit aptus hylech.

De alcochoden.

ET ex hoc alcochoden qui eſt ſignificatoꝛ vite:ideſt dominus annoꝝ:
vel dans ānos quem cum volueris ſcire ⁊ iam pꝛenoſti hylech eo oꝛ
dine quem pꝛedixi:aſpicies dominum domus hylech:aut dominum
exaltationis eius:aut dominum termini eius:aut dominum triplicitatis:aut
faciei eius quis hoꝛum foꝛtioꝛ fuerit ⁊ autētioꝛ in loco hylech:⁊ ſi aſpexerit
hylech erit dignioꝛ alcochoden.ꝙ ſi nō aſpexerit hylech q̄ fuerit pluris au-
ctoꝛitatis aſpicias eum qui fuerit auctoꝛitatis minoꝛis:donec inuenias ali-
quem ex illis qui aſpiciat:ꝙ ſi non aſpexerit hylec non poterit ille locus eſſe
hylech:⁊ tunc queres ab alio hylech ⁊ iterum queres ab eodem ſecūdo hy-
lech alcochoden eo oꝛdine quo pꝛediximus:ꝙ ſi equales fuerint duo plane
te vel tres in auctoꝛitate gradus hylech:⁊ aſpexerit vterqʒ erit dignioꝛ alco-
choden qui fuerit foꝛtioꝛ loco. Si vero fuerint equales in foꝛtitudine loci.ſ.
vbi fuerint ipſi planete erit ille alcochoden qui ꝓpioꝛ fuerit gradui hylech.
¶ Quibuſdam autem videbatur melius inſpicere a domino domus qui ſi
aſpexerit hylech ponebant eum alcochoden ⁊ non cōſiderabant alterum:⁊
ſi non inueniſſent dominum domus aſpicientem hylech accipiebant domi-
num exaltationis quem ſi aſpicere viderent hylech ponebant alcochoden
eum ⁊ non cōſiderabant alium:ſimiliter faciebāt de domino triplicitatis ter
mini atqʒ faciei per oꝛdinem:⁊ erat Doꝛothius pꝛeponens dominum termi-
ni in hoc domino domus:Et quidam dixerunt ꝙ ſi equales fuerint duo pla-
nete vel tres vel plures in dignitate:⁊ in pꝛopinquitate aſpectus gradui hy-
lech ille erit alcochoden qui erit in loco laudabili a ſole:ideſt qui fuerit cum
ſole in vno gra.per.16.minuta:aut infra:vel pꝛopinquioꝛ gradui anguli:aut

in initio ortus ſui:ideſt cum mane apparuerit:aut fuerit in ſtatione ſua ſecūda:vel in aliquo eſſe ſcilicet laudabili a ſole ſicut ꝑdiximus ipſe erit alcochoden.Si vero gradus Solis fuerit hylech:ꝛ fuerit in Ariete vel in Leone erit Sol hylech:ꝛ alcochoden ſimul ꝛ non cōſiderabitur alius alcochoden preter eum:ſimiliter ſi fuerit gradus Lune hylech:ꝛ fuerit in Tauro vel in Cancro habeto eam pro hylech ꝛ alcochoden : ſimul ꝛ non conſiderabis alcochoden alium preter eam.

Almutam eſt qui preeſt natiuitati:ab eo ſignificatur eſſe nati poſt hylech ꝛ alcochoden: ꝛ ipſe planetis ceteris eſt pluris auctoritatis:i aſcendēte ꝛ in locis luminarium atq3 in loco partis fortune in loco quoq3 coniunctionis vel preuentionis que eſt ante natiuitatem. Quod ſi prefuerit aliquis planeta duobus locis aut tribus aut quattuor aut pluribus pre multitudine poteſtatis ſue erit ipſe almutā.i.auctor ꝛ ſignificator vite poſt hylech:ꝛ alcochodē ꝛ per eū ſignificatur eſſe nati:ꝛ quidam habent eum pro alcochoden ad dādum vitam.

De profectiōe ſignorum.

Et ex hoc ſignū ꝓfectionis in annis natiuitatum atq3 mundi. Nā in annis natiuitatum ſcientia eſt:vt aſpicias quot anni trāſierunt nato ex annis ſolaribus perfectis : aſpicieſq3 omni āno ſignū vnū ꝛ incipies ab aſcendēte nati per ſucceſſionem ſignorum quouſq3 finitus fuerit numerus ſignum quod ſuccedit eſt ſignum ꝓfectionis ab aſcendente ſignum videlicet anni intrātis quē non miſiſti in numero hoc erit in tali gradu ſicut fuit in aſcendēte natiuitatis:ꝛ dominus eiuſdē dicitur alcochoden cuiꝰ interpretatio eſt dominus anni.Similiter numerabis a ſigno ſolis vnicuiq3 anno ſignum vnum:ꝛ exibit per hoc ſignum profectiōis a ſole.Similiter a ſigno Lune ꝛ a medio celi:ꝛ a parte fortune in ſimilitudinem gradus radicis.i.puncti natiuitatis.Cuius rei exemplar eſt ꝙ quidam natus eſt oriente capricorno.ſ.17.gradu eius :ꝛ ſol erat in piſcibus.15. gradu:ꝛ mediū celi ſcorpionis.octo gra.ꝛ luna in libra.15.gra.ꝛ pars fortune in leone.17.gra.ꝛ iam tranſierūt nato tres anni perfecti peruenietq3 quartus annus ab aſcendente in ariete qui eſt quartus a capricorno vſq3 ad.17. gradum eiuſdem arietis.ꝛ erit mars alcochoden:ꝛ ꝑuenit locus ſolis ad geminos vſq3 ad.15.gra.eiuſdem ſigni:ꝛ peruenit luna ad capricornum.ad .15.gra.ꝛ profectus a medio celi ad octo gradum aquarij.ꝛ profectus a parte fortune peruenit vſq3 ad.17.gradum ſcorpij.Cumq3 peruenerit annus ad gradum profectionis:vt ad.17.gradum arietis in hoc exemplo : ꝛ fuerit iter ipſum ꝛ ſimilem gradum ſuccedentis ſigni ad quem debet peruenire annus ſequēs in eadem domo planeta vel radij eius : ꝛ volueris ſcire quando peruenerit profectio ad ipſum planetam vel ad radios eius aſpicies qđ ſit iter gradum ad quē ꝑueniet annus:ꝛ planetā vel radios ex gradibus ꝛ minutis: ꝛ multiplicabis illud per.12.ꝛ ſextam illius numeri quē multiplicas vel in.12. gradus ꝛ.6.vnius gradus ꝛ quot ꝑuenerint erunt dies ex anno illo in quo

põt eſſe rõ:quia q̃libet duo ſigna iſto mõ diſtãtia cõueniũt in vna qualitate ⁊ cũ hoc in ſexu:uerbi gratia aries ⁊ gemini cõueniũt in caliditate ⁊ in maſcu-linitate:⁊ ſimiliter aries ⁊ aquari⁹.taurus ⁊ cancer cõueniũt i frigiditate ⁊ fe mineitate:⁊ ſimiliter taur⁹ ⁊ piſces ⁊ ſic intelligas de oibus. Poſtea dicit q quodlibet ſignũ aſpicit quartũ ante ſe ⁊ quartuȝ poſt ſe: ⁊ iſte aſpectus dicit tetragonus ſiue quartus:quia tenet quartã ptẽ circuli.ſ.90.gradus q̃ eſt qȝ-titas trium ſignoꝝ.Et vocat hic aſpectus:aſpectus inimicitie medie:qꝛ q̃libȝ duo ſigna hoc modo diſtãtia repugnãt aliqñdo in vna qualitate:aliqñ in am babus:diſcordãt ẽt in ſexu:qꝛ ſi vnũ eoꝝ eſt maſculinũ: alteꝝ erit femininuȝ Et hec eſt cã quare in morbis acutis:vt plurimũ fit criſis cuȝ luna venerit ad quartũ aſpectũ loci in quo fuit in pncipio morbi.maxime ſi fuerit repugnan tia in ambabus qualitatibus:⁊ cõiter tũc fit criſis ſalubris:verbi gratia ſi lu-na fuerit in pncipio egritudinis in aliquo ſignoꝝ triplicitatis ignee maxime in ariete cũ venerit ad quartũ ſignũ qđ repugnat in ambab⁹ qualitatib⁹ ⁊ in ſexu cõiter fit criſis ad ſaluteȝ ſicut ſi fuerit in ariete quartus aſpectus erit in cancro:ſi in leone quartus aſpectus erit in ſcorpiõe.ſi fuerit in ſagittario qr tus aſpectus erit in piſcib⁹. In alijs aũt ſignis nõ ẽ repugãtia niſi i una q̃lita te ⁊ in ſexu.uerbi gratia:taurus ⁊ leo:taur⁹ eſt ſignũ frigidũ ⁊ ſiccũ femininũ. leo calidũ ⁊ ſiccũ maſculinũ.Et hãc repugnãtiã inuenies in aliis ſuo mõ. Et pp hoc criſes in iſtis ſignnis aliqñ fiunt ad ſalutẽ:⁊ aliqñ ad mortẽ ꝫm fortu naꝝ vel infortunaꝝ aſpectũ ad lunã.Deinde dicit q qđlibet ſignũ aſpicit qn-tũ añ ſe:⁊ qntũ poſt ſe:⁊ hic aſpectus dr̃ trinus eo q tenet tertiã ptẽ circuli.ſ. 120.gra.Et vocat hic aſpectus amicicie pfecte:qꝛ q̃libȝ tria ſigna hoc mõ di ſtantia faciũt vnã triplicitatẽ ⁊ cõueniũt in naturis ſicut fuit dictuȝ in.c.ime-diate pcedẽti. poſtea dicit:aſpicit ẽt qđlibet ſignũ ſeptimũ a ſe.i.ſignũ oppoſi tum:⁊ iſte eſt aſpectus pfecte inimicicie rõne oppoſitiõis.Et ois planeta qui fuerit in aliquo gradu alicuius ſigni aſpicit planetã exñteȝ in alio ſigno in cõ ſimili gradu eodẽ aſpectu quo aſpiciũt ſe illa duo ſigna. Et auctor loquit de gradibus zodiaci:ſed ꝫm doctrinã Ptolemei accipiunt aſpectuȝ in eqnoctia li:iõ põt lr̃a ſic gloſari. Et hoc itelligendũ de gradibus eqnoctialis. Vbi gra tia:ſi fuerit aliqs planeta in ariete:⁊ alter in geminis ⁊ ſubtracte fuerint aſcẽ ſiones circuli directi illius qui eſt in ariete ab aſcenſionibus circuli directi il-lius qui fuerit in geminis ſi remanſerint.60.gradus aſpiciũt ſe aſpectu ſexti li. Hoc modo intellige de alijs aſpectibus.

Cum uero fuerit planeta. In hac parte auctor tan git proiectiones radioꝝ ⁊ expedit ſe breuiter dicens.Si fuerit aliqs planeta in aliquo ſigno proiicit radios ſuos i cõſimili gradu ſigni:qđ aſpicit ipſuȝ aliquo aſpectu.verbi grã: ſi aliqs planeta in pmo gradu arietis ⁊ in ſecũdo minuto pijcit radios ſuos ſextiles ad primũ gradum geminoꝝ in ſecundo minuto eiuſdem. Auctor ni-mis breuiloquus fuit in hoc capitulo.ideo oportet aliquãtulum imorari cir ca explanationem aſpectuũ ⁊ proiectionẽ radiorum. Intelligẽdum eſt pmo q aſpectus cõſiderãtur tribus modis. Uno mõ ſecũdum gradus eq̃les ⁊ ſe cundũ hunc modũ auctor in littera locutus eſt de aſpectibus ⁊ proiectioni-

bus radioꝝ. Et vocātur gradus equales gradus zodiaci nō cōſiderādo aſcē ſiones. Scdo modo cōſiderātur aſpectus ſecūdum gradus equinoctialis in circulo directo: ⁊ hoc mō Ptolemeus iubet accipere aſpectus in. 60. propoſitione cētiloquij: vbi loqtur de cauſis dieꝝ creticoꝝ: ⁊ hoc mō accipiť cōiter aſpectus in interrogatiōibus ⁊ reuolutiōib⁹ annoꝝ mundi: ⁊ in multis alijs. Tertio mō cōſiderantť aſpectus ⁊ ꝓiectiones radioꝝ ſm modū directionuꝫ: ⁊ hoc mō accipiūtur in natiuitatibus. ¶ Intelligēdum eſt iuxta capituluꝫ de aſpectibus ꝙ aſpectus accipiūtur tribus modis: ⁊ tot modis ēt accipiūtur ꝓiectiones radioꝝ. Uno mō accipiūtur aſpectus ⁊ ꝓiectiones radioꝝ ſecundum gradus circuli ſignoꝝ ita ꝙ cōputātur gradus zodiaci q ſunt inter vnū planetā ⁊ aliū: ⁊ iſte eſt modus quē ponit auctoꝛ in lr̃a. Et hunc moduꝫ tenet Abꝛahā auenezre. Et dicit ꝙ quaſi infinities eſt exptus ꝙ aſpectus debent accipi in zodiaco ⁊ nō in eqnoctiali: ⁊ hic modus eſt facilis valde. Et exēplificatū fuit ſufficiēter ꝺ hoc in ſniando lr̃am. Scdo mō accipiūtur aſpectus in eqnoctiali ſm aſcēſiones circuli directi ſm quē modū iubet Ptolemeus accipe ſicut dictū fuit ſup lr̃am. Cū igiť ſm hunc modū volueris equare aſpectus quere aſcenſiones planete in circulo directo q̄ incipiunt a capꝛicoꝛno: ⁊ ſerua eas. Deinde eodē mō quere aſcenſiones gradus alterius planete in eodem circulo directo: ⁊ ſerua eas. Deinde ſubtrahe aſcenſiones illius qui ꝓpinqnioꝛ fuerit capꝛicoꝛno ſm oꝛdinem ſignoꝛum ab aſcenſionib⁹ illius q longius fuerit: ⁊ ſi remāſerint. 60. gradus aſpiciunt ſe aſpectu ſextili. Si remanſerint. 90. gradus aſpiciūt ſe aſpectu q̄rto. Et ſi. 120. gradus remāſerint aſpiciunt ſe aſpectu trino. Pꝛo aſpectu aūt oppoſito nō opꝫ querere aſcēſiones: quia qn̄ duo planete opponūtur in zodiaco: opponūtur ⁊ in eqnoctiali. Iſte modus facilis eſt: ideo nō opꝫ hic multū ſtare. Tertius aūt modus aſpectuum ⁊ ꝓiectionis radioꝝ eſt multū difficilis maxime nō exercitatis in calculatiōib⁹. Intelligēdū eſt ꝑmo circa hunc modū ꝙ ꝓiectio radioꝝ accipiť ſm aſcēſiones circuli directi qn̄ planeta cuius radios volumus ꝓijcere eſt i medio celi uel in angulo terre. Et qn̄ eſt in gradu oꝛiētis: vel in gradu occidentis accipiť ſm aſcenſiones regionis ſiue hoꝛizōtis obliq ſm tabulas factas ad illam regionē. Si aūt nō fuerit planeta in aliquo q̄ttuoꝛ hoꝝ locoꝛū. ſed in locis intermedijs tunc accipiūtur mixtim. Cum igiť volueris pꝛoijcere radios alicui⁹ planete cōſidera ſi planeta ille cuius radios vis ꝓycere ſit in medio celi. vel in angulo terre: ⁊ tunc q̄re aſcēſiones illius gradus in circulo directo ſup q̄s addas. 60. grad⁹ ſi uolueris radiationē ſextilē ſiniſtrā. ſ. illā que ꝓcedit ſm oꝛdinē ſignoꝝ a loco planete. Et gradus poſt additionē ꝑueniētes reduc ad gradus eq̄les in circulo directo ſm doctrinā canonū pꝛimi mobilis: ⁊ grad⁹ zodiaci q ꝑuenerit in illo ſūt radij ſextiles: ⁊ ſic dixi ꝺ. 60. gradib⁹ pꝛo radiatiōe ſextili: ita intelligas de. 90. ꝑ radiatione q̄rta: ⁊ de. 120. ꝑ radiatione trina. Si aūt volueris radiatōeꝫ dextrā. ſ. illam q̄ ꝓcedit a loco planete verſus occidētem ſubtrahe ab aſcēſionib⁹ grdus planete. 60. gra. ꝑ radiatione ſextili vel. 90. ꝑ radiatione quarta: vel. 120. ꝑ radiatione trina. Et numeꝝ q remāet reduc ad gradus eq̄les ſicut pꝛius ⁊ gradus zodiaci q exiuerit in illo ſunt radij. Exemplū in radiatione ſiniſtra pono ꝙ ſaturnus ſit in

angulo medij celi in fine ſexti gradus uirginis aſcēſiones illius grad⁹ in cir-
culo recto ſūt.247.gradus.48.minuta.volo habere radiationē ſextilē addā
ergo.60.gradus:⁊ ꝓuenient.307.gradus.48.minuta quos reducā ad gra-
dus equales in circulo directo:⁊ exeunt.10.gradus.14.minuta.14.ſecunda
ſcorpiōis . ibi ſunt radij ſextiles ſaturni ſiniſtri in hoc caſu. Exemplū in radia
tione ſextili dextra:ſubtrahā ab aſcēſionibus p̄dictis.60.gradus : ⁊ remanēt.
187.gradus:⁊.48.minuta.reducā ad gradus eq̄les in circulo directo:⁊ exe-
unt.7.gradus.9.minta ⁊.15.ſecūda cācri.ibi ergo in ꝓpoſito ſūt radij ſexti-
les dextri Saturni.Si vero planeta cui⁹ radios vis ꝓijcere ſit in gradu oriē
tis quere aſcēſiones gradus planete ꝑ tabulā aſcēſionū circuli obliqui deſer
uientem tue regioni.Et ſi volueris radiationē ſiniſtrā adde ſup aſcenſiones
gradus planete.60.gradus pro radiatiōe ſextili:vel.90.ꝓ quarta radiatiōe:
uel.120.pro trina radiatione.Exemplū in radiatōe ſextili ſiniſtra:pono ꝙ Ju
piter ſit in gradu oriētis in fine.10. gradus ſagittarij aſcēſiones illius grad⁹
in orizonte obliquo ſunt.275.gradus:⁊.27.minuta:⁊ volo habere radiatōez
ſextilē ſiniſtrā addā ſup ipſos.60.gradus ⁊ proueniēt.335.gradus ⁊ minuta.
27.quos reducā ad gradus equales in circulo obliquo ⁊ exeūt.12.gradus.
44.minuta.21.ſecūda aquarij ibi ergo ſūt radij ſextiles Jouis.Exemplū in
radiatione ſextili dextra.ſubtrahā ab aſcenſionibus gradus Jouis.60.gra-
dus ⁊ manēt.215.gradus.27.minuta.reducā ad gradus equales ⁊ exiūt.25.
gradus.54.minuta.50.ſecūda libre. ibi ſūt radij ſextiles Jouis.Si vero pla-
neta fuerit in gradu occidētis operaberis cū gradu oppoſito.ſ.accipies aſcen-
ſiones nadir gradus planete in horizōte obliq̄:⁊ facies penit⁹ eodē mō quo
dcm̄ eſt.Sed poſtq̄ reduxeris ad grad⁹ eq̄les loc⁹ radiorū eſt loc⁹ oppoſit⁹ il
lius loci quē inuenis.Et vt clari⁹ pateat ponā in hoc exemplū.Pono ꝙ Ju-
piter ſit in gradu occidētis in fine.10.gra.ſagittarij:q̄rā aſcēſiones.10.gra.ge
minorū ⁊ iuenio.41.gradus.9.minuta.addā.60.gradus ꝓ radiatiōe ſextili:⁊
ꝓueniunt.101.gra.9.minuta.reducā ad gradus eq̄les in horizōte obliquo:⁊
exiūt.2.gradus.30.minuta.45.ſecūda leonis.ſūt ergo radij in oppoſito iſti⁹.
ſ.2.gradu.30.minuta.45.ſecūda aquarij.Si aūt planeta cuius radios vis ꝓ
ijcere nō fuerit in aliquo locorū dictorū tūc opꝫ accipere radiatōez mixto mō
ſm ꝓportionē diſtātie gradus planete inter vnū angulū⁊ aliū. Modus aūt
eſt iſte ſi planeta cuius radios vis ꝓijcere fuerit inter mediū celi ⁊ gradum
aſcendētem:accipe p̄mo aſcenſiones gradus medij celi q̄s ſubtrahe ab aſcē
ſionibus gradus planete in circulo directo:⁊ qđ remanet eſt diſtantia a me-
dio celi quā ſerua.Deinde ſup aſcenſiōes gradus planete in circulo directo.
60.gradus.adde pro radiatione ſextili vel.90.ꝓ radiatione.4.vel.120.ꝓ tri
na:⁊ quod ꝓuenerit reduc ad gradus equales in circulo directo:⁊ qđ ꝓue-
nerit ſerua.⁊ uocet radiatio circuli directi.Deinde quere aſcenſiones grad⁹
planete in horizōte obliquo ꝑ tabulā regiōis tue ſup q̄s adde ſilr.60.grad⁹
pro radiatiōe ſetili vel.90.pro.4.vel.120.pro trina:⁊ qđ ꝓuenerit reduc ad
gradus equales ꝑ tabulas tue regionis:⁊ qđ exiuerit ſrua:⁊ vocet radiatio
regionis.Deinde vide differētiam inter radiationē circuli directi ⁊ radiatio-
nem regionis:quā differentiā multiplica ꝑ diſtātiā gradus planete a medio

celi ⁊ ꝓductū diuide per medietatē arcus diurni gradus planete.⁊ ꝓueniet pars ꝓportionalis quā adde ſup radiationē circuli directi.ſi radiatio circuli directi fuerit minor radiatione regionis ⁊ ſubtrahe ab ipſa ſi fuerit maior.⁊ qd̄ ꝓuenerit erit loc⁹ radiorꝫ.Medietatē aūt arcus diurni gradus planete inuenies ſubtrahēdo aſcēſiones gradus planete in circulo obliquo ab aſcēſionib⁹ ei⁹ nadir ⁊ mediādo illud.Poſſet ēt alio mō inueniri pars ꝓportiōalis dr̄ie duarū radiationū.ſ.ꝙ acciperet̄ ſexta pars dr̄ie ⁊ multiplicaret̄ per horas diſtātie planete a medio celi.Sed hic modus eſt magis tedioſus q̄ȝ primus:qr opꝫ ſecūdū hunc modū diuidere diſtātiā gradus planete a meridie per ꝑtes horarū gradus planete ad hoc ꝙ īueniant̄ hore diſtātie a meridie. Conſulo ꝑmū moduȝ.Exemplū in hoc pono ꝙ graduȝ medij celi ſit.20.gradus leonis completus ⁊ ſaturnus ſit in ſexto gradu virginis cōpleto.Querā diſtantiam ſaturni a medio celi per aſcenſiones circuli directi.Et inuenio in diſtātia.15.gradus.22.minuta.ſeruabo itaqȝ eam.Deinde ſubtrahā aſcenſiones gradus Saturni in circulo obliquo ab aſcenſionib⁹ gradus oppoſiti.Et remanēt.201.gradus.20.minuta qui eſt totus arcus diurn⁹ Saturni quē diuidā per mediū.⁊ veniūt.100.gradus.40.minuta qui eſt medietas arc⁹ diurni Saturni:ſeruabo itaqȝ eū.Deinde querā aſcēſiones gradus ſaturni in circulo directo ⁊ inuenio.247.gradus.48.minuta q̄bus addā.60.gradus: qr volo radiationē ſextilē ſiniſtraȝ.⁊ ꝓuenient.307.gradus.48.minuta quos reducā ad gradus eq̄les in circulo directo:⁊ īuenio.10.graduȝ.14.minuta.14.ſ̄a.ſcorpiōis.⁊ hec eſt radiatio circuli directi.Deinde querā aſcēſiōes graduȝ ſaturni in circulo obliquo in regione cui⁹ latitudo eſt.48.gradus.Et īuenio.147.gradus.11.minuta quibus addā.60.gradus:⁊ ꝓueniūt.207.gradus.11.minuta quos reducā ad gradus equales in circulo obliquo ⁊ īuenio.19.graduȝ.52.minuta.14.ſecūda libre.¶Uideo ꝙ radiatio circuli directi eſt maior quā radiatio regionis ſubtrahā minorē de maiori ⁊ īuenio in dr̄ia.20.grad⁹.22.minuta quā reducā ad idē genus:⁊ ꝓueniunt.1222.reducā ēt diſtātiam ſaturni a medio celi ad idē genus.diſtātia fuit.15.gradus.22.minuta reducā ad idē genus.ſ.920.minuta.multiplicabo dr̄iam per diſtantiam ⁊ ꝓueniunt.1126684.ſecūda.Deinde reducā medietatē arcus diurni ſaturni ad idem genus.Medietas arcus diurni fuit.100.gradus.40.minuta.reducta ad idem genus.6040.ꝓueniūt minuta per que diuidā numeruȝ qui ꝓuenit ex multiplicatiōe.Et exiūt tres gradus.6.minuta.32.ſ̄a quos ſubtrahā a radiatione circuli directi:qr illa fuit maior ⁊ remanēt ſeptē grad⁹.7.minuta.42.ſc̄da ſcorpionis.ibi ſunt radij ſaturni ſextiles ſiniſtri in caſu ꝓpoſito.¶Si aūt volueris radiationē dextrā ubi precepi addere.60.gradus ſubtrahe.60.⁊ operaberis ſicut ꝑus.Si vero gradus planete cuius radios vis ꝓiicere fuerit īter gradū aſcēdētem ⁊ angulum terre vide longitudinē eius a gradu aſcendēte quā ſcies hoc modo.Subtrahe aſcēſiones gradus aſcēdētis in circulo obliquo ab aſcēſionib⁹ gradus planete in eodē circulo obliquo.Et h̄ ſi volueris radiationē ſiniſtrā.⁊ qd̄ remāſerit erit diſtātia planete a gradu aſcēdente ſerua eē Deinde q̄re medietatē arcus nocturni gradus planete quē ſcies hoc mō:ſubtrahe aſcēſiōes nadir gradus planete ab aſcenſiōib⁹ gradus plane-

te:⁊ remanebit tot⁹ arc⁹ nocturnus quē media ⁊ ſua medietatē. His itaq; ſer uatis q̄re aſcēſiones gradus planete in circulo obliquo p̄ tabulā factā ad latitudinē tue regiōis qb⁹ adde.60.p̄ radiatōe ſextili ⁊c.⁊ qđ ꝑuenit reduc ad gradus equales in circulo obliquo ⁊ uocetur radiatio circuli obliqui. Deinde quere aſcēſiones gradus planete in circulo directo:qbus adde.60.gradus pro radiatiōe ſextili ⁊ cetera:⁊ ꝙ ꝑuenerit reduc ad gradus eq̄les in circulo directo:⁊ qđ ꝑuenerit ſerua:⁊ vocet̄ radiatio circuli directi. Deinde vide differētiā inter radiationē regionis ⁊ circuli directi:ſubtrahendo minorē a maiori:quā differentiā multiplica p̄ diſtantiam planete a gradu aſcendēte. Et ꝓductū diuide per medietatē arcus nocturni gradus planete ⁊ exibit p̄s ꝓportōalis quā adde cū radiatione regionis ſi fuerit minor radiatōe circuli directi:vel ſubtrahe a radiatiōe regiōis ſi illa fuerit maior radiatōe circuli directi. Et qđ poſt additionē vel ſubtractiōez ꝑuenerit loc⁹ erit radiorꝫ. Exēplū in hoc pono ꝙ gradus aſcendēs ſit.18.ſcorpionis ⁊ Jupiter ſit in.10.ſagittarij q̄rā aſcēſiōes grad⁹ aſcēdētis in orizōte.48.graduū:⁊ inuenio.245.gradus.55.minuta. Deinde querā aſcēſiones gradus Jouis in eodē horizonte obliquo.⁊ inuenio.275.gradus:⁊.27.minuta:ſubtrahā aſcenſiones gradus aſcendētis ab aſcēſionibus gradus Jouis:⁊ remanēt.29.gradus.32.minuta q̄ eſt diſtātia Jouis ab aſcendēte. Deinde ſubtraxi aſcēſiones gradus oppoſiti Jouis ab aſcenſionib⁹ gradus iouis:⁊ reſiduū mediaui:⁊ inueni.17.gra.9.minuta q̄ eſt medietas arcus nocturni gradus iouis. Deinde addidi aſcēſionibus iouis.60.gradus ⁊ ꝑuenerūt.335.gradus.27.minuta quos reduxi ad gradus equales in circulo obliquo:⁊ inueni.12.gradus 45.minuta aq̄rij. Et hec eſt radiatio regionis:ſeruaui itaq; eam. Deinde q̄ſiui aſcenſiones gradus iouis in circulo directo:⁊ inueni.338.gradus.21.minuta qbus addidi.60.gradus:⁊ ꝑuenerūt.398.gradus.21.minuta. ſubtraxi vnam reuolutionem.ſ.360.gradus ⁊ remāſerūt.38.gradus.21.minuta quos reduxi ad grad⁹ equales in circulo directo ⁊ inueni.50.gradus.57.minuta aquarij:⁊ hec eſt radiatio circuli directi. Deinde ſubtraxi minorē radiationē de maiori ⁊ inueni in differētia.6.gradus.48.minuta quā differentiā multiplicaui per diſtātiam iouis ab aſcendēte:⁊ diuiſi per medietatem arcus nocturni ⁊ inueni in parte proportionali.1.gradum.42.minuta.47.ſecūda.quā ſubtraxi a radiatione regionis:q̄ illa fuit maior. Et remāſerunt poſt ſubtractionē.11.gradus.2.minuta.13.ſecunda aquarij:⁊ ibi eſt locus radiorꝫ iouis. ¶ Si autē velles ꝓijcere radios verſus dextrum tūc deberes videre diſtantiā gradus planete ab angulo terre p̄ aſcenſiōes circuli directi quā inuenies ſubtrahēdo aſcēſiones gradus planete in circulo directo ab aſcēſionib⁹ anguli terre in circulo directo. Et tūc p̄tē ꝓportionalē duarꝫ radiationū deberes addere radiationi circuli directi ſi illa eſſet minor radiatiōe regiōis:vel ſubtrahere ſi eſſet maior. Jn nullo alio differt op⁹ niſi ꝙ vbi p̄cepi addere aſcēſiōib⁹.60.grad⁹:⁊c.dēs ſubtrahere.60.⁊c̄ ¶ Si aūt gradus plāete cuius radios vis ꝓijcere: fuerit inter gradū occidētis ⁊ gradū.10.dom⁹ opaberis cū gradu oppoſito planete recte p̄ eandē viā:ſicut iam dixi inter aſcendens ⁊ angulū terre. quādo enim grad⁹ planete eſt inter gradum occidētis ⁊ mediū celi eius oppo-

ſitus gradus eſt inter aſcendens ⁊ angulum terre. Et tantũ diſtat gradus oppoſitus planete ab aſcendẽte quãtum gradus planete a gradu occidẽtis: iõ eadem eſt operatio: nec plus nec minus. Sed poſtq̃ cõpleueris opationez locus radioꝝ eſt locus oppoſitꝰ illiꝰ loci quẽ inueniſti ſicut tibi exẽplificaui: qñ planeta ẽ in gradu occidẽtis. ¶ Si aũt cõtingat ſicut ſepe cõtingit ꝙ gradꝰ planete ſit ante angulũ: ⁊ locꝰ vbi cadũt radij ſui ſit vltra angulũ: ſicut ẽbi grã locꝰ planete ſit iter medium celi ⁊ aſcendẽs ⁊ radij cadãt vltra aſcendens. ſ. inter aſcendens ⁊ angulum terre. Iſte caſus q̃ſi frequẽter contingit in radiatione trina: ⁊ multotiens in quarta: ⁊ aliquãdo in ſextili. Modus eſt iſte ſi locus planete cuius radios uis proijcere ſit inter medium celi ⁊ aſcendẽs ⁊ radij ſui debeãt cadere vltra aſcedens: uide diſtãtiaz planete a medio celi per modũ prius dictũ: ⁊ vide medietatẽ arcus diurni gradus planete p modum prius dictũ: ⁊ ſerua vtrũq3. ſ. diſtantiam ⁊ medietatem arcus diurni. Deinde q̃ras aſcẽſiones gradus planete in circulo directo. Quere ẽt aſcẽſiones gradus aſcendẽtis in eodem circulo directo. Deinde ſubtrahe aſcenſiones gradus planete ab aſcenſionibus gradus aſcendentis. Et qđ remãſerit ſerua: ⁊ vocetur pars radiationis circuli directi. Deinde q̃re aſcenſiones gradꝰ planete in circulo obliquo. ⁊ quere aſcenſiões gradus aſcendẽtis in circulo obliquo: ⁊ ſubtrahe aſcenſiones planete ab aſcenſionibus gradꝰ aſcendentis: ⁊ quod remãſerit ſerua ⁊ vocetur pars radiatiõis regionis. Deinde ſubtrahe partem radiationis minorem a maiori ⁊ remanet differẽtia q̃z multiplica p diſtãtiã planete a medio celi ⁊ ꝓductũ diuide p medietatẽ arcus diurni gradus planete ⁊ ꝓueniet ps ꝓportiõalis q̃z adde pti radiatõis circuli directi ſi fuerit minor pte radiatiõis regiõis. uel ſubtrahe ſi fuerit maior: ⁊ ꝙ ꝓuenerit erit ps radiationis eq̃ta: q̃ ps ſi fuerit minor. 60. gradibus radij ſextiles cadunt vltra angulũ aſcendẽtis ſi fuerit maior cadũt ante angulũ. Et ſi hec ps fuerit minor. 90 gradibus radij quarti cadũt vltra angulũ. ſi maior cadũt ante angulũ. Et ſi hec ps fuerit minor. 120. gradi. ſicut eſt quaſi frequẽter cadunt radij trini ultra angulum. ſi fuerit maior. 120. cadũt ante angulũ. Si igiꝛ cadant radij vltra angulum ſubtrahe ptem radiatiõis equatã a. 60. gra. pro radiatiõe ſextili uel a. 90. pro radiatione quarta: vel a. 120. pro radiatione trina: ⁊ qđ remanſerit adde ſup aſcenſiones gradus aſcendẽtis in circulo obliquo ⁊ quod prouenerit reduc ad gradus equales in circulo obliquo. ⁊ gradus ſigni qui exierit erit locus radioꝝ. Si ſciueris iſtam operationẽ ſcies dirigere planetã exiſtẽtem in vna quadra ad locum exiſtentem in alia quadra. Nũc modũ nõ vidi expoſitũ nec poſitũ in aliq̃ libro. ¶ Ut planius pateat qđ dixi ponã in hoc exemplũ. Pono ꝙ gradus medij celi ſit. 10. gra. cancri ⁊ ſaturnus ſit in quarto gradu virginis: ⁊ gradus aſcẽdẽs in orizõte obliquo in regione cuius latitudo eſt. 48. gradus ſit. 7. građ. 59. minuta libre. Queſiui aſcenſiones gradꝰ medij celi in circulo directo ⁊ inueni. 190. gra. 53. minuta. Deinde queſiui aſcenſiones gradus ſaturni in circulo recto ⁊ inueni. 245. gradus. 55. minuta. Subtraxi aſcenſiones medij celi ab aſcenſionibus gra. ſaturni ⁊ remãſerũt. 55. gradus. 2. minuta: q̃ eſt diſtãtia ſaturni a medio celi. Deinde ſubtraxi aſcenſiones gradus ſaturni in circulo obliquo ab aſcenſio-

nibus gradus oppoſiti in eodē circulo obliquo ꝛ remāſerunt.203.gra.3.mi-
nuta:ꝛ hic fuit arcus diurnus gradus ſaturni quē mediaui ꝛ inueni.101.gra
dus.31.minuta.30.ſa que eſt medietas arcus diurni gradus ſaturni.Subtra-
xi aſcenſiones gradus ſaturni in circulo directo que fuerūt.245.gra.55.mi-
nuta ab aſcenſionibus gradus aſcendentis in eodem circulo directo q̄ fue-
rūt.277.gra.19.minuta ꝛ remāſerūt.31.gra.24.minuta q̄ fuit pars radiatio-
nis circuli directi.Deinde ſubtraxi aſcenſiones gradus ſaturni in circulo ob
liquo q̄ fuerūt.144.gra.277.miuta ab aſenſiōibꝰ gra.aſcēdētis in eodē cir-
culo obliquo que fuerūt.190.gra.53.minuta:ꝛ remāſerunt.46.gra.26.mi-
nuta que fuerūt pars radiationis regionis ſiue circuli obliqui:vidi q̄d pars
radiationis circuli obliqui fuit maior parte radiatiōis circuli directi. Sub-
traxi ergo minorē de maiori ꝛ remāſerūt.15.gradus.2.minuta que fuit diffe
rentia duarū partium quā multiplicaui p diſtantiā ſaturni a medio celi ꝛ di-
uiſi p medietatē arcus diurni gra.ſaturni. ꝛ exiuerūt.8.gra.8.minuta.59.ſa
ꝛ hec fuit pars proportionalis differentie quā addidi ſupra partē radiatio-
nis circuli directi ꝛ prouenerunt.39.gra.32.minuta.59.ſa. Iſti ſunt gradus
aſcenſionum qui fuerunt in figura a ſaturno vſq; ad gradum aſcendentem:
ꝛ quia fuerūt pauciores q̄z.60.ſciui q̄ radij ſextiles ſaturni in hac figura ce-
ciderunt.vltra gradum aſcendētem.Subtraxi ergo hos gra.a.60.pro radia
tione ſextili.ꝛ remāſerūt.20.gradus.27.minuta. 1.ſm:quos addidi ſuper aſ-
cenſiones gra.aſcendētis in circulo obliquo qui fuerunt.190.gra.53.minu-
ta:ꝛ puenerunt.211.gradus.20.minuta quos reduxi ad gradus equales in
circulo obliquo ꝛ inueni.22.gra.54.minuta.52.ſa libre:ibi fuerūt radij ſexti
les ſaturni in propoſito exemplo ſm hunc modum debet fieri in alijs angu-
lis.Et hec de tadiationibus ſufficiant.

HAbent etiam quinq; planete in uno quoq; ſigno terminos. Priꝰ auctor de terminauit de tribus dignitatibus eētialibus planetaꝝ. In iſta parte auctor determinat de quarta dignitate eſſentiali quā habent planete in ſignis. Et diuidit̄ in duas ptes:qm̄ in p̄ma parte ponit termīos planetaꝝ. In ſecūda parte ſoluit quādam cōtrauerſiā q̄ eſt inter aliquos de triplicitati bus ꝛ terminis.Scd̄a ps incipit ibi.Quidā p̄ponūt.Prima ps diuidi pōt in duas ptes:ita q̄ p̄mo incipit tractare de termīs planetaꝝ lr̄aliter. Scd̄o po-nit tabulā de ipſis terminis.Secūda incipit ibi:ꝛ pp diuerſitatē eorūdez. Dic̄ p̄mo q̄ qnq; planete.ſ.Saturnus Jupiter Mars Venꝰ ꝛ Mercuriꝰ hn̄t ter mīos diſpoſitos p diuerſos gra.Et p̄mus terminꝰ ē Jouis a p̄ncipio arietꝫ vſ q; ad finē ſexti gra.eiuſdē. Et a p̄ncipio ſeptimi gra.eiuſdē arietꝫ vſq; ad finē 12.eſt terminꝰ Veneris.Et a p̄ncipio.13.gra.vſq; ad finē.20.eſt terminꝰ Mer curij.Et a p̄ncipio.21.vſq; ad finē.25.eſt terminus Martis.Et a p̄ncipio.26. vſq; ad finē Arietis eſt terminꝰ Saturni.Poſtea dic̄:ꝛ q2 iſti gradꝰ ſūt diuerſi: ita q̄ non uadūt equaliter nec ſm ordinē planetaꝝ graue eſſet eos tenere in memoria:ideo poſuit eos eo in tabula ſm q̄ videtur in littera.

Quidã preponunt triplicitates ter mīs. Hic
ſoluit q̄dã contrauerſiã que eſt īter ſapientes de triplicitatib⁹ ⁊ terminis. Et dicit qdã ꝓferũt triplicitates terminiſ. Et qdã ꝓferũt terminos triplicitatib⁹. Soluit iſtã ꝯtrauerſiã ⁊ dicit ꝙ dñi triplicitatũ ſunt fortiores q̄ꝫtum ad nutritionẽ puerorũ: qꝛ in natiuitatib⁹ ſignificãt nutritionẽ ⁊ ab eis accipit̄ ſignificatio vtrũ puer ſit vitalis aut nõ. Dñi aũt terminoꝝ ſunt fortiores in directione: qꝛ dũ dirigit̄ gradus aſcẽdẽs alicui⁹ natiuitatis dirigit̄ ad terminos fortunarũ ⁊ infortunaruꝫ. ⁊ dñs termini illi⁹ vocat̄ diuiſor vel diſpoſitor q̄ꝫdiu durat directio in illo termino: ⁊ ſi fuerit ibi aliq̄s planeta vel radij ei⁹ erit pticeps. De hoc diffuſi⁹ dicet̄ in ſequẽtib⁹ dño ꝓcedẽte. ¶ Notãdũ eſt hic de terminis ꝙ diſcordia fuit īter ſapiẽtes antiquos de terminis. Et fuerũt tres opiniones famoſe de terminiſ. quarũ vna fuit indoꝝ. alia egytiorũ. tertia caldeorũ. Ptoleme⁹ in. 218. ꝓpoſitione p̄me ptis q̄dripartiti magis approbat terminos egytiorũ ⁊ dicit ſe inueniſſe vnũ librũ de terminis antiquũ qui ꝑ uetuſtate erat pro maiori pte fact⁹. Et ille cõcordabat cũ terminis egyptiorũ: ⁊ in illo libro ſumma graduũ terminorũ cuiuſlibet planete erat tãt⁹ quãt⁹ numer⁹ annorũ ſuoꝝ maioꝝ quos dant in natiuitatib⁹. Uerbi grã: anni maiores ſaturni ſunt. 57. ãni. Jouis. 79. Martis. 66. Ueneris. 82. Mercurij. 76. ⁊ oẽs iſti collecti faciũt. 360. Si volueris hoc experiri. cõputa gradus oīum terminoꝝ alicui⁹ planete: verbi grã Jouis: ⁊ inuenies numerũ annoꝝ ſuorum ſcilicet. 79. ⁊ ſic de alijs. Haly in cõmẽto. 206. ꝓpoſitionis p̄me ptis q̄dripartiti dicit. Jlli de egypto fuerunt ſapiẽtes magici qui fuerunt ab antiquo tpe. naꝫ iſti fuerũt ſtudij ⁊ exercicij magni in ſciẽtijs ⁊ ſapientijs oībus de q̄bus hõ ſe iuuare põt. Et ſcim⁹ hoc per chronicas ſapiẽtum antiquoꝝ ꝺm ꝙ loquebantur de ipſis ⁊ per ea que de ſuis operib⁹ remãſerũt a multis milib⁹ annoruꝫ vſqꝫ ad hodiernã diẽ. Tñ ego dico illud ꝙ ego vidi de vna experiẽtia q̄ꝫ inueni in loco qui dict⁹ eſt oculus ſolis: qꝛ in modico tpe miracula magna vidi. hec ſunt verba Haly. de experiẽtia aũt tacet. Jn cẽtiloquio in cõmẽto illius ꝓpoſitiõis vultus hui⁹ ſeculi. dicit vnã experiẽtiã de ſigillo ſcorpionis facto in lapide ꝺm ꝙ põt ibi videri: ⁊ qui voluerit videre ibidẽ videat.

Facies autem ſignorũ. Hic determinat de q̄nta dignitate ⁊ vltima eẽntiali q̄ꝫ hñt planete in ſignis q̄ vocat̄ facies. Et põt diuidi in tres ptes: qm̄ in p̄ma pte ponit diuiſionẽ ⁊ ordinationẽ facierum. Jn ſecunda pte docet iuenire facies per numeros. Jn tertia pte ponit de eis tabulã. Scḋa pars icipit. Cũ habueris grad⁹ in alq̄uo ſigno. Tertia eſt in fine vbi ponit tabulã. Dicit ꝙ q̄ðlibet ſignũ diuidit̄ in tres ptes eq̄les q̄ vocant̄ tres facies ⁊ q̄libet facies eſt ex. 10. gradib⁹. Et icipiũt iſte facies a p̄ncipio arietis ⁊ ꝓcedũt ꝺꝫ ordinẽ ſignoꝝ ⁊ planetaꝝ. ita ꝙ p̄ma facies eſt martis. ſ. p̄mi. 10. gradus. ſcḋa facies arietis. ſ. 10. gradus ſequẽtes ſunt ſolis qui ſuccedit marti in ordie ſphaeraꝝ. ꝺtia eſt veneris q̄ ſuccedit ſoli. Et p̄ma facies tauri eſt mercurij que ſuccedit veneri. Secũda lune que ſuccedit mercurio. Tertia ſaturni. Et p̄ma geminoꝝ Jouis. ⁊ ſic ſecũdum hũc ordinẽ

vſq3 ad finē ſignoꝝ.·Poſtea docet īuenire per numeros cui⁹ planete ſit aliq̄
facies.Et dicit cū habueris gradū alicui⁹ ſigni ⁊ volueris ſcire cuius planete
facies ſit in illo gradu cōputa numerū ſignoꝝ̄ a p̄ncipio arietis vſq3 ad p̄n=
cipiū ſigni ꝓpoſiti:⁊ multiplica illū numerum per tres:⁊ cū numero ꝓducto
adde facies cōpletas ſigni ꝓpoſiti:verbi grā:ſi tranſiuerint.10.gradus com=
pleti adde vnitatē.Si.20.completi adde duo.Deinde a toto numero ſubtra=
he.7.quotiēs poteris.⁊ qđ remāſerit computa a marte ſm ordinē planetaꝝ.
⁊ vbi numerus finit⁹ fuerit ſequēs planeta eſt dn̄s faciei queſite:verbi gratia
pono qđ habeam.15.gradus leonis volo ſcire cuius facies ſit.15.gradus le
onis ſcio ꝙ a principio arietis ſunt.4.ſigna completa.multiplicabo ergo
4.per.3.⁊ erunt.12.Et ſcio ꝙ de leone tranſiuit vna facies completa:iō addā
vnum ⁊ erunt.13.facies cōplete a p̄ncipio arietis.ſubtrahā inde ſeptē ⁊ rema
nēt.6.dabo.p̄mam vnitatem marti.ſecundam ſoli.tertiā veneri.quartā mer=
curio.qntam lune.ſextam ſaturno.Erit ergo facies ſequēs que non fuit com
pleta Jouis.·Poſtea ponit tabulam cuius opus facile eſt.Queres enī nomē
illius ſigni cui⁹ dominū faciei queris ⁊ inuenies in directo quis ſit dominus
p̄me faciei ⁊ qs ſecūde ⁊ quis tertie.

T quia auxiliante deo.

·Poſtq̄3 auctor de
terminauit de di=
gnitatibus planetarū in ſignis.Jn iſta pte determinat de fortitu=
dinibus quas habēt in iſtis dignitatib⁹.Et pōt diuidi in duas par
tes:qm̄ in p̄ma pte oſtendit quot fortitudines hēat planeta in q̄li=
bet dignitate.Jn ſc̄a pte cōparat iſtas dignitates ad res ſēſibiles.ſc̄a eſt ibi:vn̄
qdā de hac re.·Prima pars pōt diuidi in duas:qm̄ p̄mo continuat ſe ad dicē
da.ſc̄o ꝓſeqtur ibi:nā dn̄s dom⁹.Dicit q2 adiuuāte deo cōpleuit de dignitati=
b⁹ planetaꝝ in ſignis.mō vult oñdere quot fortitudines hēat qlibet in ipſis di
gnitatib⁹.·Poſtea dicit ꝙ dn̄s dom⁹ hēt qnq3 fortitudies.dn̄s exaltatiōis hēt
q̄ttuor.dn̄s triplicitatis het tres.dn̄s termini duas.dn̄s faciei vnā.·Poſtea re
plicat illā ꝯtrouerſiā de terminis.Et ponit cōparationē in dignitatib⁹ plane
tarū dicēs ꝙ qdā de dignitatib⁹ planetarū fecerūt talē cōparationē ꝙ plane
ta exiſtēs in ſua domo eſt ſilis viro exiſtēti in domo atq3 dn̄atiōe ſua.Et plane
ta in exaltatiōe ſua eſt ſilis viro i regno atq3 gloria ſua ⁊ patet in littera.¶Ex
iſta littera pōt notari ſi aliqs planeta patiat̄ magnū īfortuniū in domo vel ex
altatiōe ſua hoc eſt multū deteſtabile.ſicut multū eēt deteſtabile ſi rex vince=
ret̄ in ꝓprio regno ſuo ⁊ in fortiori loco regni ſui.Jō qn̄ luiaria eclypſant̄ in
ꝓprijs domibus vel exaltationib⁹ ſuis hoc eſt malum ſignum.

Equuntur has figure ſignoruꝫ.

·Prius auctor determinauit de dignitatib⁹ planetarū in ſignis ⁊
de fortitudinib⁹ q̄s hn̄t in iſtis dignitatib⁹.Jn iſta pte determiat
de figuris ſiue formis ipſoꝝ ſignoꝝ hoc eſt oſtendit nobis que
ſigna hn̄t formas humanas:⁊ que hn̄t formas alioꝝ animalium.⁊ manet in=
diuiſa.Dicit qđ quedam ſigna dicunt̄ rōnalia.ſ.illa quorum imagines ſunt fi
gurate ad imagies hominū.Et illa ſunt gemini virgo aquari⁹ libra ⁊ medie=

tas p̄ma ſagittarij. ⁊ iſta dicunt̄ habentia pulchras voces. Et virtus eorum
eſt maior cum fuerint in oriēte. Et quedā ex ſignis dicunt̄ habētia halas. ſ. ge
mini virgo ⁊ piſcis. Quedā ex eis dicunt̄ quaprupedia. ſ. ſagittarius leo ari
es taurus ⁊ capricorn⁹. Et eoꝝ quedaꝫ ſunt domeſtica. ſ. illa que ſunt figura-
ta ſecūdum figuras aialium domeſticorum. Et hec ſunt aries tauruꝫ ⁊ capri
cornus. Et eorum virt⁹ magis apparet cum fuerint in meridie. Uirtus autē
virginis capricorni ⁊ aquarij magis apparet cum fuerint in ſeptētrione. Et
quedam ex ſignis vident̄ vitioſa ⁊ turpia ⁊ tortuoſa. ſ. aries taur⁹ cancer ſcor
pius ⁊ piſcis. ⁊ virtus eorum magis apparet in occidēte. Quedaꝫ vero ſunt
ſterilia. ſ. gemini leo virgo. Et quedam dicuntur habentia paucos filios. ſ. ari
es taurus libra ſagittarius capricornus ⁊ aquarius. Et quedaꝫ ex his ſignis
ſunt multum luxurioſa. ſ. aries ⁊ taurus leo ⁊ capricornus. Et quedam dicū-
tur multum filiorum ſcilicet cancer ſcorpius ⁊ piſcis. Et quedam ex ſignis
dicuntur habentia dimidiam vocem: illa ſcilicet que habent vocem anima-
lium balantium rugientium ⁊ mugientium: vt aries taurus leo capricornuꝫ
⁊ vltima pars ſagittarij. Quedam ex ſignis dicuntur carentia omnino voce
. ſ. illa que figurantur ſecundum imagines animalium carentium voce: vt cā
cer ſcorpio ⁊ piſcis. Haly abenragel breuiter expedit ſe de formis ſignorum
dicens. Signorum alia ſunt in forma hominum. Alia in forma beſtiarū. Alia
in forma beſtinglorum Alia in forma reptilium. Que ſunt in forma humana
ſunt gemini libra aquari⁹ virgo. In forma beſtiaꝝ aries taurus capricorn⁹ ⁊
ſagittari⁹. In forma beſtingloꝝ. i. aialium rapatium, leo. In forma reptilium
cancer ſcorpio ⁊ piſcis.

ET unum quodque ſignorum ha
bet propriam ſignificationē. Pri⁹ auc-
tor determinauit de figuris ſignorū. In iſta pte oſtēdit nobis quid
habēt ſigna ex membris hominum: ⁊ ex regionibus ⁊ ex planetis. Et pōt di-
uidi in duas ptes: quoniam in p̄ma parte facit quod dictum eſt. In ſecunda
determinat de doloribus planetarum in ſignis. Secunda incipit ibi. Et ſiq-
dem planete ſignificauerint dolorem. Prima pōt diuidi in. 12. partes ſecūduꝫ
ꝙ. 12. ſunt ſigna. Clarū eſt qđ dicit in litrera excepto ꝙ nomia regionū nō ſunt
nobis nota. ¶ Notandū eſt hic qđ Ptolemeuꝫ diuidit totā terram habitabi-
lem in q̄ttuor ptes. Et ſecūdū diuiſionem Ptolemei imaginari pōt vna linea
tranſiens ab oriēte in occidēte per mediū habitationis ita qđ iſta linea diui-
dat partem meridionalem a ſeptētrionali. Et dicit haly ꝙ iſta linea diſtat⁹ ab
eqnoctiali per. 36. gradus. ⁊ ſecundū hanc diuiſionē diſtat ab vltima habita-
tione in ſeptentrione per. 30. gradus vel circa: ita quod tota latitudo contine
at. 66. gradus. Et tāta eſt diſtātia eqnoctialis vſqꝫ ad circulū arcticū: imo eſt
66. graduꝫ. 26. minuta: ⁊. 30. ſa. Ideo dicit haly vel circa. Et dicit quod in fine
iſtius linee verſus occidenteꝫ eſt paſſagiū herculis. Et hoc eſt vnde tranſitur
in hiſpaniam ⁊ eſt mare ibi ſtrictū quod exiſtens in vno littore poteſt videre
exiſtētē in alio. Et ſunt ibi tres iſule q̄rū vnā vidēt trāſeūtes in hiſpaniam per

terrā occidētis. Et ſtat in ea idolū tenēs in manu claues ad demōſtrandum ꝙ vltra locum illū nō ſit habitatio. Et in q̄libet duarum aliarum inſularū ſtat idolum ſcd̄m eūdē modū. Et in pte orietali in fine linee p̄dicte ſtant idola eodem modo tenentia claues ⁊ demōſtrantia quod non ſit vltra illum locū habitatio verſus orientē. Dicit Haly ꝙ Hercules poſuit iſta idola in ſignum ꝙ ipſe acquiſiuerat totū mundum. Longitudo linee p̄dicte ſcd̄um ꝙ dicit Haly eſt.180.graduū. His viſis ſm ſententiā Ptolemei imagine᷑ iſta linea diuidi p medium ita q̄d remaneāt.90.gradus verſus orietem: ⁊ alij.90.verſuſ occidētem. Et imagine᷑ tranſire vna linea per polos mundi per mediū diuiſionis linee ſupradicte ita videlicet ꝙ tranſeat per medium terre habitabiliſ ſcd̄m latitudinem. Prima autē linea diceba᷑ tranſire per medium terre habitabilis ſm longitudinē. Patet itaq; ꝙ due linee ſupradicte que diuidunt totā terraz habitabilem in q̄ttuor ptes cōiungun᷑ in loco interſectionis linearuz qui eſt punctus in medio terre habitabilis. Hac diuiſiōe intellecta facile eſt videre ſniam. Ptolemei in ptitiōe ſignoꝝ ⁊ terrarū. Dicit itaq; Ptoleme⁹ ꝙ hec tria ſigna aries leo ⁊ ſagittarius que faciūt p̄mam triplicitatem ptinēt ad q̄rtam ptem terre habitabilis que eſt iter ſeptētrionē ⁊ occidēs. ⁊ illā q̄rtā gubernat Jupiter eo ꝙ eſt ſeptētrionalis: ⁊ mars hēt pticipationē cum eo: qꝛ ptinet ad ptem occidētalē. Et tria ſigna triplicitatis ſecūde. ſ. taurus virgo capricornus ptinēt ad ptem que eſt inter meridiem ⁊ oriens: ⁊ gubernat ipſam venus: qꝛ eſt meridionalis. ⁊ hēt pticipationem cum ea ſaturn⁹ q̄m ad ptem orietalez ptinet. Et tria ſigna triplicitatis tertie. ſ. gemini libra ⁊ aq̄rius ptinēt ad ptem que eſt inter oriēs ⁊ ſeptētrionē: ⁊ gubernat ipſam ſaturnuſ eo ꝙ pertinet ad orienſ ⁊ habet pticipationē cuz eo Jupiter eo ꝙ pertinet ad ſeptentrionem. Et tria ſigna triplicitatis quarte. ſ. cācer ſcorpio ⁊ piſcis pertinēt ad partem que eſt inter meridiē ⁊ occidēs. ⁊ gubernat ipſam mars: qꝛ pertinet ad occidens. ⁊ habet pticipationem cum eo ven⁹. Ex predictis poterit q̄libet coniecturare ad q̄d ſignum ptineat q̄libet terra. Sciet enim per longitudinez ⁊ latitudinē regionis de qua q̄rta ſit. Uerbi gratia: oīs terra cui⁹ latitudo eſt maior.36.gradibus. ⁊ lōgitudo ei⁹ ab occidēte min⁹.90.gradib⁹ fuerit eſt de q̄rta ſeptētrionali occidentali ⁊ ſic de alijs ſuo modo. Cognita igitur quarta in qua eſt terra tua ſcis quod vnum ſignum ex tribus ſignis triplicitatis illius q̄rte reſpicit illā terraz. ⁊ poteris ſcire quod ex illis tribus reſpiciat eā per mores ⁊ cōſuetudines hoium habitātiū in ea. Uerbi grā: ſcis ꝙ terra chriſtianorū eſt in pte ſeptētrionali occidentali ſcio quod aries leo ⁊ ſagittariuſ dn̄atur ſup ipſam. Et ſi velim ſcire ſupra q̄z ptē eius dn̄a᷑ q̄dlibet iſtoꝝ ſignorū reſpicio ad mores ⁊ cōditiōes hoim cum q̄bus ſignis magnis cōcordāt. Conſtat autē ꝙ romani ſunt famoſiores ⁊ nobiliores iſtius q̄rte ⁊ ideo conuenit vt attribua᷑ eis ſignū nobilius inter hec tria. ⁊ hoc eſt leo domus ſolis. Cōſtat ēt ꝙ almani ſunt homines iracūdi ⁊ furioſi de natura martis: ideo cōuenit vt attribua᷑ eis aries domus martis. Conſtat etiaz ꝙ hiſpani ſunt boni milites exercitij magni in armis: ideo cōuenit vt attribua᷑ eis ſagittari⁹ q̄d eſt ſignū militiarū ⁊ belloꝝ. Et hanc ptitionē ponit Ptoleme⁹ in littera in ſecunda parte quadripartiti. Dicit enim ſic ⁊ prouincie cū ariete ꝯcordātes ſunt terra bri-

tãnie ⁊ terra de ſalacia.Credo q̄ deberet dici de ſcalauia ⁊ germãia.Et q̃ cõ⸗
cordãt cũ leone ſũt:italia:gallia:apulia:⁊ cecilia.Et Haly dicit ibi:q̄ hi ſũt ter
mini rome.Et q̃ cõcordãt cũ ſagittario ſunt terre de turcia calciata ⁊ hiſpa
nia.De ptitiõe alioꝝ ſignoꝝ cũ alijs terris paꝝ curo.Quia nec noīa eaꝝ nec
ↄditões hoīuꝫ ſũt mihi nota nec faceret mihi aliquã vtilitatẽ h̄ ſcire.¶Si qꝫ
aũt cognoſcat eas ⁊ uoluerit in eis morari applicet ſm modũ dcm̄ in trib⁹ ſi⸗
gnis p̄dict̄.Dicit Abrahã auenezre q̄ p̄mũ clyma eſt capricorni ⁊ aq̄rij:⁊ gu
bernator eius eſt ſaturnus.Scdm̄ clyma eſt ſagittarij ⁊ piſcis ⁊ gubernator
ei⁹ eſt Jupiter.Tertiũ clyma eſt ſcorpij ⁊ arietis ⁊ gubernator ei⁹ eſt Mars.
Quartũ eſt leonis ⁊ gubeanator ei⁹ eſt ſol.Quintũ clyma eſt tauri ⁊ libre ⁊
ei⁹ gubernator ẽ uenus.Sextũ eſt geminorũ ⁊ uirgis ⁊ ei⁹ gubernator mer⸗
curi⁹.Septimũ eſt cãcri ⁊ gubernat illḋ luna. ¶Abrahã auenezre ponit cõ
ditiones naſcentiũ ſub q̄libet ſigno ⁊ ẽ ſnīa ſua iſta.Qui nat⁹ fuerit ſub p̄ma
facie arietꝫ erit ruffus ⁊ ſim⁹:vẽter ei⁹ erit pu⁹ ⁊ ſtrict⁹ carne extenuat⁹:hẽbit
qꝫ ſupra pedẽ ſiniſtꝝ ſignũ ⁊ in cubito man⁹ ſiniſtre:⁊ amici ei⁹ erũt plures ⁊
ip̄e odiet malũ.Qui ṽo nat⁹ fuerit ſub ſc̄a facie ierit ei nigredo pl'chritudi fa
ciei cõiũcta:corp⁹ eius tẽpatũ p̄ceps in irã aio occultãs volũtatẽ malã : eſtqꝫ
alti cordis:inimici ei⁹ plures erũt.Qui nat⁹ fuerit ſub tertia facie ei⁹ erit ruf⸗
fus color ei⁹ ⁊ croce⁹ ẽ erit ſolitari⁹:Qui nat⁹ fuerit ſub p̄ma facie tauri erit
breuis ſtature:ſui oculi magni:labia ſpiſſa:⁊ hẽbit ſignũ in collo:⁊ ẽ corde fe
ſtin⁹:amici ei⁹ plures:⁊ manerieb⁹ delitiaꝝ delectabit̄ ip̄e.Nat⁹ aũt ſub facie
ei⁹ ſc̄a:hẽbit faciẽ rotũdã:vẽtrẽ latũ:ocl'os pulchros: ⁊ ei⁹ aīa volũtaria reſqꝫ
cito ꝑpẽdet:⁊ circa ſpatulas piloſus exiſtet.⁊ hẽbit ſignũ in lũbis . Et q nat⁹
fuerit ſub tertia facie pulchri coloris exiſtet pulchreqꝫ faciei:⁊ hẽbit ſignũ in
oculo ſiniſtro:virqꝫ laborioſuſ erit.nec in mulierib⁹ fortunat⁹ exiſtet.Qui aũt
nat⁹ fuerit ſub fine hui⁹ ſigni erit carẽs teſticulis natural'r ⁊ ſine vel hermo⸗
frodit⁹. Qui nat⁹ fuerit ſub p̄ma facie gemioꝝ erit pulchri corpis ⁊ decẽtis:
⁊ oculoꝝ ⁊ piloꝝ:hẽbit ſignũ in capite vel in oculis.Uiſus ei⁹ acut⁹ minime ẽ
iracũdus eritqꝫ laborator ⁊ cũ mulierib⁹ minime fortunat⁹ exiſtet . Et q nat⁹
fuerit ſub ſcd̄a facie erit breuis ſtature ⁊ niger ⁊ ſup eius cubitũ ſignũ nigre⸗
dinis:eiuſqꝫ ṽba pulchra ⁊ dulcia.Natus ſub tertia facie nimiũ hẽbit oculoſ
paruos:eritqꝫ vir ſuſpicator ⁊ leuis:⁊ loquet̄ ṽba irratõabilia:eritqꝫ mẽdax.
Qui natus fuerit ſub p̄ma facie cancri erit corpe ⁊ pilis decens: ſupcilia ei⁹
erũt ſtricta nareſqꝫ longe ⁊ ſpatule late:⁊ habebit ſignũ in cubito dextro:aut
eius brachio:⁊ aīa eius bona:amici eius plures: eritqꝫ ſciens ⁊ ingenioſus.
Qui natus fuerit ſub ſcd̄a facie:erit color eius rubeus breuiſqꝫ ſtature:carẽſ
barba:⁊ habebit ſignũ in oculis.Qui ſub tertia facie nat⁹ fuerit erit craſſus
breuiſqꝫ ſtature:⁊ habebit multitudinem piloꝝ in ſupcilijs. Qui nat⁹ fuerit
ſub prima facie leonis erit pulcher corpore:⁊ facie : ⁊ color vultus eius erit
rubeus albo cõmixtus:oculi eius cõmixti:pectus rectum:⁊ crura ſua patiẽ
tur morbũ in parte ſuperiori:⁊ erit cognitus inter gentes:⁊ ſimplex imixtuſ⸗
qꝫ cõſortio regum.Qui natus fuerit ſub ſecunda facie erit pulcher : pectus
eius erit latum:teſticuli ⁊ crura gracilia:eritqꝫ honoratus inter familiam ei⁹
ac alti cordis . Natus autem ſub tertia facie erit aliquantulum breuis ſta⸗

ture eritq̃ color eiꝰ albꝰ roseo ꝑmixtus: eius vox vehemens amãs mulie-
res: et habebit plenitudinẽ amicoꝝ et morbos plures ſuſtinebit. Qui natꝰ fue
rit ſub ꝑma facie virginis erit decentis ſtature: erit corpus eiꝰ erectũ et pul-
chrũ: et erit ſciẽs et actꝰ: eius capilli criſpi: et erit diligẽs iuſticiã: eius vox vehe
mens: ſterilis exiſtet: aĩa eius bona: facies pulchra: eritq̃ ſcriba et bene doc-
tus. Qui aũt natus fuerit ſub ſecũda facie erit pulchre apparẽtie: ocľi eiꝰ par
ui: naſus eius pulcher: eritq̃ diſciplinabilis et ſimplex preuoluntarius corde
diliget laudari. Natꝰ ſub tertia facie erit pulcher aſpectu ꝑceptibilis diſcipli-
ne: veri ſenſus ac ſimplex et ſapiens. Qui natꝰ fuerit ſub ꝑma facie Libre: erit
pulcher facie: et in eiꝰ capite vľnera ierũt: eritq̃ laborator et ſimplex ac diſcipli
nabilis. Natꝰ ſub ſecũda facie erit pulchri vultus et inerit ei ĩpedimẽtũ in ocu
lis: eſtq̃ corde preuolũtarius. Natus ſub tertia facie erit pulcher et erit cogni
tus et honoratꝰ inter gentes ipſiꝰ. Et qui fuerit natus ſub fine ſigni huius erit
nulliꝰ ſexus aut vtriuſq̃. Qui fuerit natꝰ ſub ꝑma facie ſcorpionis parũ pul
cher exiſtet: et habebit ſignũ in capite: et pectꝰ eius erit latũ. Et habebit ſignũ
in pede ſiniſtro vel in manu dextra eſtq̃ hõ caſtigationis bonaq̃ diſcretione
plenꝰ ac in loquela feſtinus. Natus ſub ſecũda facie caput eiꝰ erit magnum:
exiſtetq̃ modice pulchre figure. et habebit ſignum in genu et dorſo: et erit hõ
diſcipline verba ſua multiplicãs. Qui natus fuerit ſub tertia facie erit breuis
ſtature oculi eius cõtorti appetẽs comedere amãs mulieres. Qui aũt natus
fuerit ſub fine huius ſigni aut erit nullius aut vtriuſq̃ ſexus. Qui natus fue-
rit ſub ꝑma facie ſagittarij erit pulchre ſpeciei: decorꝰ aſpectu recte ſtature:
diligẽs bonũ: regibꝰ ac magnatibus ſe cõmiſcẽs. Natꝰ ſub ſecũda facie corpꝰ
habebit cõdecẽs facies tñ̃ eius crocea ſupcilia cõpreſſa et hẽbit ſignum in pe
ctore. Natꝰ ſub tertia facie erit longus: pulcher facie: oculi eius vt murilegi:
pectꝰ latũ: et habebit ſignũ in ſiniſtro crure. Qui ſub ꝑma facie capricorni na-
tꝰ fuerit erit corpus ſuũ cõdecẽs: pectus latũ: et hẽbit ſignũ nigrum in cubito
erit aſtutus diſciplinabilis ſimplex et ꝑuoluntariꝰ. Natus ſub ſecũda erit pul
cher: hẽbit nares longas: oculi eiꝰ pulchri: voluntas eiꝰ mala et iracũdus: eſt
hõ ſciẽtie. Natus ſub tertia facie erit pulcher corpore: eiꝰ tñ̃ facies citrina: et
in eius brachio ſiniſtro erit nota vel in ipſius genu: feſtinꝰ in irã: deſpiciens
malũ vel pugnãs pro malo: diligẽs mulieres: hõ diſcipline diligẽſq̃ ſodales
Qui aũt natus fuerit in fine huius ſigni erit filius adulterinꝰ et oĩno huic ieſt
ſigno minime in mulierũ natiuitatibꝰ valere. Qui aũt natus fuerit ſub ꝑma
facie aquarij erit corpore et facie formoſus: et hẽbit in pectore aut pede ſini-
ſtro ſignũ: eritq̃ hõ diſciplinabilis et ſodales diligẽs. Natus ſub ſecũda facie
erit longus: facies eius erit rubea: et ſignum hẽbit in dorſo et ſub eius cubito
eritq̃ oĩbus diebus ſuis in dolore. Natus ſub tertia facie corpore pulcher:
ſtatura breuis: facie roſeus: et hẽbit ſignum ſub cubitis: et erit mulieꝝ amator.
Et quĩ ſub fine huius ſigni natus fuerit diuerſificatus erit in eius figura atq̃
in oĩbus ſuis operibus. Qui autem ſub ꝑma facie piſciũ originẽ traxerit: cor-
pus eius erit album: et facies ſimiliter: pectus eius latũ: barba pulchra: frõs
preclara: oculi eius magis nigri q̃ albi. Et forte aliquod membrum ſibi defi
ciet: diliget dormire: eritq̃ guloſus et ebrioſus: et habebit ſignum ſub cubito

vel in pede. Natus vero ſub ſecunda facie erit breuis ſtature. decorus aſpe-
ctu: barba nigra: piloſus: ⁊ erit ambulans in duritia cum filijs hoium. Na-
tus ſub tertia facie piſcium erit aſpectu preclarus: oculi eius pulchri eritq̃
morboſus.

Et ſi quidem planete. Prius auctor oſten-
dit q̃liter ſigna reſpi
ciũt membra humani corporis. In iſta pte oſtendit nobis qualiter
planete reſpiciunt membra copis humani in ipſis ſignis. Et pōt
h pars diuidi in. 12. ptes ſecũdũ. 12. ſigna. vbi ptes incipiunt patet.
Prima pars diuidi pōt in duas: quoniã pmo ꝓponit. Secũdo ꝓſequit̃ ibi: in
ariete. Dicit pmo ꝙ ſi aliqs planeta ſignificauerit aliquã infirmitatẽ ſiue debi
litatem in corpore humano habebit in quolibet ſigno membrum ꝓprium in
quo erit illa infirmitas. Et q2 ita eſt cõuenit tractare de doloribꝰ planetarũ
in ſignis. Et incipit ab ariete ꝓcedẽdo ſecundũ ſucceſſionẽ ſignorũ ⁊ planeta
rum. Quod dicit auctor planũ eſt in littera. Ad euidẽtiã vnius ptis pono vnũ
exemplum. Pono ꝙ in aliqua natiuitate ſaturnus ſignificauerit nato debili-
tatem alicuiꝰ membri ⁊ ſit ſaturnꝰ in ariete. Dico ꝙ illa debilitas vel infirmi-
tas erit in pectore. Et ſi ſaturnꝰ ſit in tauro erit illa ĩfirmitas in vẽtre ⁊ ſic intel
ligas de ceteris ſignis. Pono ẽt ꝙ mars in natiuitate itelligas de reuolutio
ne annoꝝ natitatis ſignificauerit vulneratioñẽ ⁊ ſit mars in ariete erit vulnꝰ
in capite. Si in tauro erit vulnus in collo: ⁊ ſic de ceteris ſignis ⁊ planetis in
telligas. Ptolemeus vult ꝙ mẽbra in q̃bus cadunt morbi ⁊c̃. impedimẽta ac
cipiunt̃ a figura celi in hora natiuitatis vel reuolutionis. Dicit enim in. 74.
ꝓpoſitione centiloquij cũ fuerit mars in aſcendente alicuius natiuitatis erit
cicatrix in facie vel capite nati. Dicit enim Haly ꝙ caput eſt aſcendentis ⁊
ſm hoc collum eſt ſecunde domus. brachia tertie domus ⁊ ſic ſm ordinem
domorum ſecundum ꝙ dictum fuit de ſignis. De hac materia diffuſius loq̃
tur domino cõcedẽte in. capitulo ſexte domus.

Sunt quoque ĩ uno quoque ſigno.
In iſta
pte auctor determinat de q̃buſdam ſpecialibus ꝓprietatibꝰ pla-
netarũ que ſunt in diuerſis gradibus circuli ſignorũ ⁊ ſunt ſex.
ſunt enim ibi q̃dam gradus maſculini ⁊ q̃dam feminini. Et ſunt
ibi q̃dam gradus lucidi ⁊ q̃dam tenebroſi. Etiã ſunt ibi q̃dam gradus qui di
cunt̃ putei. Et ſunt ibi q̃dam gradus qui dicunt̃ azemena. Et ſunt ibi q̃dam
gradus qui dicunt̃ augmẽtãtes fortunã. Et ſunt ibi q̃dam gradus qui dicun
tur cõſortes. Et ſecũdum hoc iſta pars pōt diuidi in ſex ptes: quoniã in pma
pte enumerat gradus maſculinos ⁊ femininos. In ſecunda parte enumerat
gradus lucidos ⁊ tenebroſos ⁊ fumoſos. In tertia parte enumerat gradus
qui dicuntur putei. In quarta parte enumerat gradus qui dicuntur azema-
na. In quinta parte enumerat gradus qui dicuntur augmentantes fortunã
⁊ gradus ſublimitatis. In ſexta parte enumerat gradus qui dicuntur confor
tes. ¶ Prima pars incipit in pncipio. Secunda incipit ibi: ⁊ in vnoquoq; ho
rum ſignoꝝ. Tertia incipit ibi: ⁊ in ſignis ſunt gradus. Quarta ibi: ⁊ ſunt in ſi

gnis quidam gradus. Quinta ibi. ⁊ in circulo. Sexta ibi: ⁊ oēs duo gradus. Prima pars poteſt diuidi in duas partes: quoniā in prima parte incipit enumerare gradus maſculinos ⁊ femininos litteraliter. In ſecūda parte ponit tabulā de eis. Qd dicit patet in littera. Poſtea dicit ꝙ ſunt qdā grad⁹ in circulo qui dicunt̄ lucidi ⁊ qdam tenebroſi: ⁊ qdā fumoſi ⁊ quidam qui vocant̄ vacui. Et icipit primo eos enumerare. Et deīde ponit de eis tabulā ⁊ patet. poſtea dicit ꝙ ſunt in circulo qdam gradus qui dicuntūr putei. ⁊ enumerat illos omnes in littera. ⁊ qdam libri habent tabulam de eis factam. Deinde dicit ꝙ in ſignis ſunt quidam gradus qui dicuntur azemena. Et dicit ꝙ azemena eſt quedam debilitatio corporalis vt eſt cecitas vel ſurditas vel aliqd taliuꝫ vel amiſſio mēbri. Juxta quod notanduꝫ ꝙ dicit Haly Abenragel in p̄mo capitulo domus ſexte libri ſui de natiuitatib⁹. Quando pars azemena fuerit in ptitione aſcendentis ⁊ luna iuncta cum ea vel dominus aſcēdentis ſignificat ꝙ azemena erit in illo membro nati quod cadit in partitione illius ſigni. ¶ Notandum eſt etiam ꝙ ſi ſol in natiuitate alicuius fuerit in gradu azemena erit debilitatio in oculo dextro ſi luna erit in ſiniſtro. Poſtea dicit ꝙ ſunt quidam gradus in circulo qui dicuntur augmentantes fortunam ⁊ enumerat eos in littera. Juxta quam partem notandum eſt quod Haly dicit in commēto. 229. propoſitionis prime partis quadripartiti ſcire te conuenit ꝙ gradus augmentantes fortunam ſunt gradus exaltationis ſolis ⁊ planetarum fortunarum. ſicut. 19. arietis. 3. tauri. 15. cancri. 27. piſcium. Similiter ſunt illi in quib⁹ adiunguntur termini fortunarum: ſicut. 13. ſagittarij ⁊: 13. piſcium. ⁊ ſunt etiaꝫ gradus terminorum fortunarum. Et gradus in quibus ſunt ſtelle fixe de natura fortunarum. Et econtrario in quibus ſunt ſtelle de natura infortunaruꝫ Et poſtea dicit ꝙ omnes duo gradus qui ſunt eiuſdem longitudinis a capitibus ſignorum mobilium ſunt eiuſdem fortitudinis. Et dicuntur conſortes ſicut. 20. gradus capricorni. ⁊. 10. gradus ſagittarij. Jſti eni duo gradus equaliter diſtant a capite capricorni. ⁊. 20. libre. ⁊. 10. virginis equaliter diſtant a capite libre. Et. 20. cancri ⁊. 10. geminorum equaliter diſtant a principio cancri. ⁊. 20. gradus arietis. ⁊. 10. piſcium equaliter diſtant a principio arietis. Ptolemeus dicit. 229. propoſitione prime partis. Aſtrologi ceteri multum locuti fuerunt de gradibus ⁊ diuiſerunt eos in gradus lucentes lubricos ⁊ fumoſos. Et ſunt ex eis azemana: ⁊ ſunt ex eis putei. Et locuti fuerunt de alijs multis ſicut inuenies per multos libros aſtronomie. Et ſi hoc inuenerunt experientia bonum eſt ꝙ operis per hoc. Et forſitā ſi eis accidit ꝙ aliquis planeta vel ſtella fuit in gradu vel eius radius ⁊ fecit fortunam ceciderunt ꝙ gradus hoc fecerit. Et ſiquidem ita eſt conuenit vt te mutes de vno gradu in alium. Et hic finem imponamus noſtre rationi. Uidetur per iſtam litterā ꝙ Ptolemeus non multum approbat gradus augmentantes fortunam ⁊c̄. Dicit enim ſi ita eſt conuenit vt te mutes de vno gradu in alium. gradus eni dicuntur lucidi vel tenebroſi propter ſtellas fixas ibi exiſtentes. Et vult Haly ſecundum ꝙ preallegatū fuit ꝙ gradus dicuntur augmentantes fortunam in quibus ſunt ſtelle de natura fortunarum. Conſtat autem ꝙ ſtelle fixe mutant loca ſua reſpectu zodiaci none ſphaere. Ex illa littera Ptolemei po-

teſt trahi ꝙ iudicia debent fieri ſecundum nonam ſphaerā ⁊ non ſecundum octauā. Ex quo enim uult ꝙ iſtos gradus oportet mutare: cōſequens eſt ꝙ grad⁹ ſcd̄m quos debēt fieri iudicia non mutanť. Albumazar in introductorio ſuo pōit iſtos grad⁹. ſ. maſculinos ⁊ femininos lucidos ⁊ tenebroſos ⁊c̄. Et dicit ibi ſi planeta in natiuitate vł iterrogatōe maſculi fuerit in gradu maſculino uel in natiuitate feminine uel iterrogatiōe in gradu feminino erit cuius ſignificatio fortior. De gradibus lucidis tenebroſis ⁊ fumoſis dicit ſi ceciderit planeta in gradu lucido: erit ei⁹ ſignificatio fortior in ſignificatiōe bonorum ⁊ ſignificat pulchritudinem. Et ſi ceciderit in gradu tenebroſo ſignificat duritiem ⁊ tarditatem ⁊ horribilem rem ⁊ tenebroſam ⁊ malam. Et cum ceciderit in gradu fuſco: vel vmbroſo vel fumoſo: vel in gradu vacuo ſignificat modicum horribile. Et ſi ceciderit planeta in gradu putei abibit eius pulchritudo ⁊ aſpectus ⁊ debilitať in ſignificatiōe ſua. Fortune nāq; cū ceciderint in eos debilitanť in ſignificatiōe eaꝝ. Mali v̄o cum ceciderint in eos debilitatur ſignificatio eoꝝ. Et fortaſſis ſignificabit fortunā accidētalem ꝑpter debilitatem eorū ſuper malum. De gradibus augmētantibus fortunā dicit antiqui putauerunt ꝙ in circulo erunt gradus augētes fortunā. Et dixerūt ꝙ planete cum nō fuerint in locis ſignificātibus fortunā nati ⁊ fuerit luna vł pars fortune in his gradib⁹ aut fuerint ipſi gradus aſcendentes augent fortunam nati. Et ſi planete ſignificauerint ſibi caſum. Iſti gradus mouent eū in ſublimationem per aliquā quātitatem quodam motu. De gradibus ſublimitatis dicit. Quidam dixerūt ꝙ cum aſcendens fuerit aliq̄s iſtoꝝ graduū aut fuerit ſol in natiuitate diurna: aut luna in nocturna in quibuſdam eorū ⁊ fuerit in loco optimo in figura. Et cum hoc ſignificauerint planete radicis natiuitatis fortunā ꝑducet natū ad ſublimitatem ⁊ ſedem nobilitatis ⁊ dominabitur terris ⁊ ciuitatibus: ⁊ poſſidebit diuitias multas.

PEt quia auxiliante deo. Prius auctor determinauit de eē circuli ſignoꝝ eſſentiali. Hic determinat de eſſe accidētali ipſius. Et diuiditur in duas ꝑtes: q̄m primo cōtinuat dicta dicēdis. Secundo ꝓſequitur ibi: nam circulus ſignoꝝ. Et illa diuidiť in duas ꝑtes: q̄m primo determiat de diuiſiōe accidētali circuli ſignoꝝ. Secundo determinat de ꝓprietatibus ⁊ ſignificationibus conſequentibus ipſam diuiſionem: ⁊ incipit ibi: quarta aūt ꝑs q̄ eſt ab aſcendente. Et illa diuidiť in duas ꝑtes: q̄m primo ponit ꝓprietates ⁊ ſignificationes quartarum. Scd̄o ponit ſignificatiōes ſingulaꝝ domoꝝ: ⁊ illa incipit ibi: ⁊ vna queq; domoꝝ. Primo dicit poſtq̄ cōpleuit eſſe eſſentiale circuli ſignoꝝ. nūc vult tractare de eē accidentali ipſius. Poſtea dicit ꝙ circulus figurať qualibet hora tali figura que diuidiť in q̄ttuor partes. quas diuidit circulus horizōtis ⁊ circulus meridianus. Et quelibet iſtarum quartaꝝ diuidiť in tres ꝑtes equales ſ̄m diuiſiōem ſigni aſcendētis in circulo directo. Et hoc mō diuidiť totus circulus in .12. ꝑtes que vocātur turres vel domus: cuius expoſitio eſt in canonibus tabulatum. Intelligēdi ſunt duo circuli magni trāſeūtes ꝑ polos mūdi: quoꝝ vnus eſt circulus meridianus: ⁊ alter circulus tranſiens ꝑ punctū zodiaci q̄ eſt in

contactu horizontis oriētalis: ⁊ per punctum oppoſitum.f.qui eſt in conta-
ctu orizontis occidētalis interſecās circulum meridianum ſup polos mūdi.
Iſti duo circuli diuidūt totū celum in quattuor partes que quandoqꝫ inter
ſe ſunt equales quādoqꝫ inequales:vt plurimum tamen ſunt inequales. Si
enim principium Arietis vel principium libre fuerit in aſcendēte. Iſte quar-
te ſunt equales. In omnibus autem alijs diſpoſitionib⁹ ſūt inequales. Po-
ſtea intelligatur portio circuli equinoctialis intercepta inter circulum meri-
dianum ⁊ circulum trāſeūtem p initium aſcēdentis diuidi in tres ptes equa
les. Similiter alia portio circuli equinoctialis que eſt ab aſcēdēte vſqꝫ ad in-
feriorem ptem circuli meridiani.ſ.ad angulum terre intelligat̄ diuidi in tres
partes eq̄les. Deinde imaginent̄ circuli magni trāſeuntes p diuiſiones p̄di-
ctas ⁊ p polos mūdi.tūc portio zodiaci intercepta inter quoſlibet duos cir-
culos p̄ximos eſt vna dom⁹. Hec eſt poſitio Ptolemei:⁊ iſta tenet̄ cōiter. Eſt
etiaꝫ alia imaginatio de domibus quā tenet Abrahā auenezre. Et imaginat̄
tranſire circulos p diuiſiones equinoctialis: ⁊ p interſectionem circuli meri
diani ⁊ horizōtis in pte ſeptētrionis. Iſta via cōmuniter nō tenet̄: ideo nō cu
ro eam multum explanare. Inuenire autem p̄ncipia.12.domorum p aſtro-
labium non eſt difficile:imo leue.cuius doctrinam hic interponere eſſet lon
gum ⁊ ſuꝑfluū cū in canonibus aſtrolabij fuerit poſita ſufficienter. Qui au-
tem voluerit domos equare p tabulas in canonibus tabulaꝝ p̄mi mobili:⁊
doctrinā completam inueniet. Deinde dicit auctor p̄ncipiū huius diuiſionis
eſt aſcendens cuius initium eſt in puncto hemiſperij ex parte orietis. Dein-
de ſequit̄ ſecūda domus:deinde tertia:⁊ ſic vſqꝫ ad duodecimā.

Quarta autem pars. Hic auctor ponit proprietates ⁊ ſignificationes circuli ſignorum
conſequētes diuiſionem eius accidentalem. Et dicit ꝙ quarta ps circuli que
eſt ab aſcendente vſqꝫ ad medium celi ſcilicet.12.domus.11.⁊.10.dicit quar-
ta orientalis maſculina adueniens. Et ſignificat initium vite ⁊ vocatur pueri
lis ſanguinea. Et alia quarta eſt a medio celi vſqꝫ gradum occidentis ſcilicet
9.8.⁊.7.domus dicitur meridiana feminina recedēs a nobis:⁊ ſignificat me-
diam etatem que vocatur perfectio iuuentutis:⁊ vocatur eſtiualis ⁊ coleri-
ca. Tertia quarta que eſt a gradu occidentis vſqꝫ ad angulum terre ſcilicet.
6.5.⁊.4.domus eſt occidentalis maſculina accedens ad nos:⁊ ſignificat fi-
nem vite:⁊ vocatur autumnalis melācolica:⁊ eſt mediocris etatis. Quarta
pars que eſt ab angulo terre vſqꝫ ad aſcendēs ſcilicet tertia ſecunda ⁊ p̄ma
domus eſt ſeptētrionalis feminina recedens a nobis:⁊ ſignificat quod acci-
dit homini poſt mortem ei⁹ quantum ad memoriam hominum ſcilicet utrū
dicatur de ipſo bonū vel malū. Et hec pars vocat̄ ſenilis flegmatica defecti
ua ⁊ hyemalis. Et eſt recte compatio quā auctor ponit hic ſicut illa quā po-
ſuit in diuiſione eēntiali circuli.excepto qđ addit hic ꝙ ſignificāt initiū ⁊ me-
dium ⁊ finē vite:⁊ qd accidat hoi poſt mortem eius. Poſtea dicit ꝙ tota illa
medietas q̄ eſt a medio celi eundo p aſcendēs vſqꝫ ad quartam domum vo
catur medietas aſcendens. Et alia meditas que eſt a quarta domo eundo p
gradum occidentis vſqꝫ ad mediū celi vocat̄ aſcendens. Et tota medietas q̄

eſt ſup terrā vocat̄ dextra: ꝛ illa que eſt ſub terra vocatur ſiniſtra. Deinde dicit ꝙ prima domus ꝛ.4 ꝛ.7.ꝛ.10.vocātur anguli. Et.2.5.8.ꝛ.11.vocātur ſuccedentes angulis.3.autem.6.9.ꝛ.12.vocātur cadētes ab angulis. Deinde addit quoddā notabile: ꝛ dicit cū planeta fuerit in angulo vel in ſuccedente dicitur ꝓficere: ꝛ ſi fuerit in cadentibus dicitur deficere.

Et unaqueqꝫ iſtarum domorū.

Hic auctor ponit ſignificatiōes ꝓprias cuiuſlibet.12.domorū. Et tota iſta ps pōt diuidi in quattuor: quoniā in prima parte ponit ſignificatiōes.12.domorum quātum ad eſſe hoīum. In ſecunda pte ponit ſignificationes domorum quantum ad colores. In tertia parte ponit quaſdam regulas que poſſunt dici amphoriſmi. In quarta parte docet eligere ſignificatores. Prima incipit in principio. Secunda incipit ibi: ſignificant: ꝛ.12.domus colores. Tertia ibi: ꝛ dicitur in ſignificatione domorum. Quarta ibi ꝛ cum volueris ſcire planetam dominatorem rei. Prima pars poteſt diuidi in duodecim partes ſecūdum ꝙ ponit ſignificatiōes.12.domorum: ꝛ vbi incipiūt patebit. Primo dicit ꝙ vnaqueqꝫ domus ſignificat aliqd de eſſe hoīum. Nam prima domus que incipit ab horizonte oriētali q̄ vocatur aſcendens ſignificat corpora hoīum ꝛ vitam: initia oīum opeꝝ in interrogationibꝰ ꝛ locutionibꝰ ꝛ rumoribꝰ ꝛ ceteris talibꝰ. Et ſignificat cogitationeꝫ querētis ſcilicet quod querēs hꝫ in animo ꝛ ſignificat principium vite. Et dominus triplicitatis prime domus. primus ſignificat vitam ꝛ naturā nati ſeu interrogantis: ꝛ eius delectationes atqꝫ volūtates quid diligat vel qd odio habeat: ꝛ qd boni vel mali accidat ei in initio vite. Et ſcd̄s dn̄s triplicitatꝭ huius domus ſignificat vitā ꝛ corpus ꝛ virtutē ſiue fortitudinē nati ꝛ medium vite. Tertius dn̄s triplicitatis ſignificat idē ꝙ ſocij ꝛ ſignificat p ſe fineꝫ vite. Ex iſta lr̄a pōt colligi ꝙ ſi ṗmus dn̄s triplicitatis huiꝰ domus fuerit fortior alijs duobꝰ erit ṗma ps vite melior: ꝛ ſic ꝺ alijs duobꝰ itelligas. ¶ Circa iſtā domū q̄dam ſunt notāda. Notādū eſt ṗmo de intētiōe q̄rētis qꝺ dicit Ptolemeus in.94.ꝓpōne cētilogi. Locus fortioris ſignificatoris in aſcēdēte ē id qꝺ eſt in aīo interrogantis. Jōqꝫ cū volueris ſcire intētionē q̄rentis: vide qs planetaꝝ hēat plures fortitudīs in aſcēdēte in illa hora qn̄ venit ad te aīo interrogādi: ꝛ vide in qua domo ex.12.domibꝰ ſit ille planeta. ꝛ dicas ṗm ſignificatōes illius domus in qua fuerit. Uerbi gr̄a. Pono ꝙ aſcēdēs ſit leo ꝛ ſol hēat plures fortitudīes in gradu aſcendēte: ꝛ pono ꝙ ſol ſit in.2. domo dico ꝙ intētio ſua eſt petere de ſubſtātia ſua vel de lucro: vel de aliquo conſimili. Et ſi ſol fuiſſet in tertia domo dixiſſem ꝙ vellet petere aliqd de eſſe fratris vł fratrū ꝛ ſic de alijs domib ſuo mō. Et ſi ueniens ad te tenuerit aliquā reꝫ in manu ſua vel alio modo eam occultauerit: ꝛ ſi volueris ſcire ſubſtantiā ꝛ naturam illius rei aſpice planetā fortiorem in aſcendēte ſi aſpexerit aſcendens erit illa res de ſubſtantia ſigni aſcendentis. Si non aſpexerit aſcendēs erit ꝺ ſubſtātia ſigni in quo eſt planeta. Si fuerit ſignum terreū: erit de natura terre vel aliq̄ res q̄ naſcit̄ de terra. Si fuerit ſignū aquaticū: erit aliq̄ res de natura aq̄: vł q̄ naſcit̄ i aq̄. Si fuerit aereū: erit aliq̄ res ꝺ nā aeris. Si fuerit ſignū

igneū erit aliq̄ res q̄ opat̕ p igné.Et ſi volueris ſcire coloré rei aſpice dñum
hore ꝛ ſm coloré illi⁹ iudica.De colorib⁹ planetaꝝ dicet̕ poſtea vbi loquet̕ de
naturis planetaꝝ dño ꝯcedēte.Et ſi volueris ſcire vtꝝ res ſit noua vel antiq̄
aſpice lunā:ſi fuerit ſup terrā erit noua.ſi fuerit ſub terra erit ātiq̄.Et ſi volue
ris ſcire vtꝝ ſit lōga vel breuis:aſpice dñꝫ termini grad⁹ anguli terre q ſi fue
rit in auge ſui circuli erit res lōga.Si fuerit in oppoſito augis erit breuis.Si
in lōgitudib⁹ medijs mediocris iter longū ꝛ breue. Hec eſt ſnia Ptolemei in
90.ꝑpōne cētilogi.Cū aſpexerit ſignificator aſcēdēs ꝛc.Dicit Haly Abenra
gel ſi aliqs q̄ſierit a te de vita ſua vtꝝ ſit lōga uel breuis:aſpice dñm aſcēdēt̕
ꝛ lunā.Si fuerit ſalui ab iſortunis ſignificāt longā vitā.Et ſi fuerit cōbuſti vl̕
iſortūati ſignificāt puā vitā. ¶ Notādū ē circa nutritioné.ſ.utꝝ puer ſit vital̕
vel nō.Dicit Haly Abēragel qñ dñi triplicitat̄ luminaris tēporis vult dicere
dñi triplicitatis ſigni in quo eſt ſol ſi fuerit natiuitas diurna vel ſigni lune in
natiuitate nocturna fuerit in aſcēdēte:vel in.10.domo:vel.11.vel.5.eſt ſignifi
catio bone ac leuis nutritōis.Et ſi fuerint in ſeptima:ſignificāt malā nutritio
nem:ꝛ anxiā atq; laborioſaꝫ.Qñ grad⁹ aſcēdens ꝛ luminare tp̄is dānati fue
rint:ſignificat ꝙ nō nutriet̕ niſi dñi triplicitatis fuerint ſalui ꝛ firmi i angul̕.
Qñ luna fuerit iſortunata in aſcēdēte:nutritioné nō ſignificat.Qñ luna fue
rit in.4.domo iūcta corpal̕r cū iſortuna aut de q̄rta uel oppoſitōe aſpicit in
fortunā ſignificat ꝙ nō nutriet̕ ꝛ mater ei⁹ eſt in piculo:aut forſitā moriet̕.Di
cit Abrahā Auenezre.Si dñs aſcendētis fuerit cōbuſt⁹ natus nō viuet ſpaciū
8.dieꝝ.Portata fuit mihi natiuitas vnius pueri cuius aſcēdens erat uirgo
ꝛ Mercuri⁹ fuit in piſcib⁹ i detrimēto ſuo retrograd⁹ ꝛ cōbuſt⁹.ꝛ ego credi
di huic dicto ꝛ dixi ꝙ puer nō uiueret p octo dies ꝛ mortu⁹ fuit in ſexta die.
Dicit Haly Abēragel:ꝯiūctio planetaꝝ humanitaté nō ſignificat. Uult dice
re.cōiūctio pluriū planetarū in aſcēdēte nō ſigt̕ nutritioné.Et ponit ibi vnuꝫ
exemplū notabile.Dicit vocauit me rex noſtre ciuitatis:ꝛ vna ex mulieribus
pepat filiū ꝛ fuit aſcendēs libra.8.gradus termin⁹ Mercurij:ꝛ fuerūt in eo
Jupiter Uenus Mars ꝛ Mercuri⁹ ꝛ cōuenit ibi vna ſocietas aſtrologorū
ꝛ qlibꝫ eoꝝ ſuam opinioneꝫ dixit:ꝛ ego tacui.Rex dixit mihi quid habes ꝙ
nō loqueris.Cui reſpondi date mihi terminum trium dierū:quia ſi filius ve
ſter tranſierit tertium diem erit de ipſo miraculū magnū.Et quando natus
cōpletas habuit.24.horas poſuit ſe ad loquēdum:ꝛ locut⁹ fuit ꝛ fecit ſignū
cū manu ꝛ rex multum expaueſcebat inde.Et dixit poſſibile eē ꝙ diceret ali
quā ꝓphetiā:vel aliquod miraculum.Et rex iuit ad natū:ꝛ nos cū eo ad au
diendum quid diceret.Et infās dixit:ego ſum nat⁹ infortunat⁹ ꝛ natus ſum
ad iudicādū amiſſionem regni ꝛ deſtructioné gentis almanam. Hinc ſtatim
cecidit nat⁹ ꝛ mort⁹ eſt. ¶ De his qui moriuntur anteq̄ꝫ recipiunt cibum di
cit Ptolemeus in q̄dripartito.generaliter dico ꝙ qñ aliqđ luminare fuerit ī
aliquo angulorum ꝛ fuerit ſimiliter aliqua infortuna participationé habēs
cum eo in longitudine que ſit cū eo gradu per gradū : vel ipſum aſpiciēs in
figura duoꝝ alterum equalium. Nec habuerit cum eo fortuna participatio
nem de figura.Et diſpoſitor luminarium loci inuent⁹ fuerit in locis planeta
rum infortunarum natus ille non recipiet cibum ꝛ moriet̕ hora qua naſcet̕

Dicit abrahã cũ fuerit cauda draconis in aſcẽdẽte natiuitatis nat⁹ ille erit cecus ⁊ ſcd̃z diſtãtiã ei⁹ a gradu aſcẽdẽtis erũt ãni. Uerbi grã: ſi fuerit in.10.gradu ab aſcẽdẽte cecabiť in.10.ãno. Electiones hui⁹ dom⁹ ſunt inceptiones rerũ. ſicut icipere edificare vel aliqd cõſtr̃e. Dicit hyſpalẽſis in electionib⁹ p̃me dom⁹. Si ſciueris natiuitatem alicui⁹ caueaꝫ in electione ſua ne ponas ſignũ in aſcẽdente in quo fuit ifortuna in ſua natiuitate. Si aũt ignoraueris natiuitatẽ elige ſcd̃m nãm rei pro qua ſit electio. verbi grã: ſi ſit electio pro incipiendo ſcribere aliquẽ librũ fortificeť mercuri⁹. Si pro eundo ad belluꝫ fortificeť mars. Si ſi pro edificãdo ponať ſignum fixũ in aſcẽdẽte. Dicit idẽ hyſpalẽſis volẽs horã ſanguinis minuẽdi eligere fac vt ſit luna in trino vel ſextili aſpectu martis. ⁊ caue ne ſit coniuncta cum eo corpalr̃ vel in q̃rto vel in oppoſito ei⁹. ¶ Et fac ut ſit luna in ſigno humoris minuendi

SEcunda domus.

Hic auctor ponit ſignificationes ſcd̃e domus. Et dicit q̃ ſecũda dom⁹ ſignificat ſubſtãtiã ⁊ victũ ⁊ auxiliatores ⁊ miniſtros ⁊ ſignificat finẽ iuuẽtutis. Et Anduzgã dixit vide qs ex trib⁹ dñis triplicitatis dom⁹ ſubſtãtie ſit fortior in ſe.i.in loco in quo eſt in figura ⁊ hñt facieꝫ ſignificatorẽ ſubſtãtie. Qui ſi fuerit in decima domo hẽbit ſubſtãtiã a rege. Et ſi fuerit in domo fiducie.i.in vndecima erit meli⁹. Alia littera hẽt ſi fuerit in domo fidei erit magis. Credo qd̃ p̃ma littera ſit uera. Domus enim fiducie eſt domus ſubſtantie regis. Et p̃mus dñs triplicitatis dat ſubſtãtiã in p̃nripio vite: qui ſi fuerit fortunat⁹ erit nat⁹ diues in p̃ncipio vite. ſecund⁹ dat ſubſtãtiã in medio vite: qui ſi fuerit fortunatus erit natus diues in medio vite: terti⁹ dat ſubſtãtiã in fine vite. qui ſi fuerit fortunat⁹ natus erit diues in fine vite. Et ſilr̃ intellige de iſortunijꝫ eorum ideſt ſi aliqs eorum fuerit infortunat⁹ amittet natus ſubſtãtiam in illa pte vite que ei attribuiť. Dicit hyſpalẽſis in canonibus huius dom⁹ cõſidera vtrum dñs ſcd̃e domus ſit in aſcẽdente uel dat vim ſuam domino aſcendentis ⁊ nõ ſit in domo lapſa ſi ſic hẽbit lucrum ſine labore. Et ſi econtra fuerit fit econuerſo. Et ſi Jupiter fuerit in natali angularis uel ſit in ſuo honore uel hẽat vim in aſcendente uel cõſideret ptem fortune: uel ſit dñs domus ſolis in natali diei: uel dñus domus lune in natali noctis: uel ſit dñs hore non deerit nato cenſus in vita ſua: quia hic ideſt Jupiter eſt dñs ſubſtãtie. Si vero dñs aſcendẽtis aſpiciat dominũ ſubſtãtie uel ſuam domum uel ptem fortune aſpectu inimicicie deſtruet ſubſtãtiam manu ſua ꝓpria. Si dñs aſcendentis fuerit in ſecũda domo infortunatus dabit ꝓprio uelle ſubſtantiam ſuam. Si uero ſit ibi planeta infortunatus qui nõ ſit dñs aſcendentis capieť ab ipſo vi ſiue furto. Si capricorn⁹ ſit aſcendens natus erit cupidus ⁊ auarus: q2 dñs aſcẽdentis ⁊ dominas ſecunde ſunt idem ſcilicet ſaturnus. Dicit Ptolemeus in canonib⁹ huius domus res ptinenteꝫ ad lucra ſubſtãtie quomodo erũt conuenit nobis perquirere a parte fortune ſolummodo quã ſcimus ſemper per id quod eſt inter ſolem ⁊ lunã ⁊ ꝓijciť ab aſcendente in naſcentibus de die ⁊ in naſcentibus de nocte. Juxta quod notandum eſt qd̃ pars fortune ſecundum Ptolemeum proijciť hoc modo. ſubtrahať verus loc⁹ ſolis a uero loco lune ⁊ quod remãſerit cõ-

putatur a gradu aſcendentis ⁊ vbi numerus finitur ibi eſt pars fortune hoc mō iubet Ptolemeus ſemp facere ſiue fuerit in die ſiue in nocte. De hoc plí xius dicetur deo concedēte in expoſitione quinte differētie.ibi.n.habet locū. Poſtea dicit Ptolemeus iudicium huius eſt iſti⁹ maneriei. Uolo dicere acci pe planetas gubernatores ſigni. Dicit ibi Haly qđ regula p quā ſcimus nati diuitias eſt accipe planetas gubernantes locū ptis fortune ⁊ preponere illū qui habuerit ibi plures dignitates. Deinde dicit Ptolemeus ⁊ qñ guberna= tores partis fortune fortes ⁊ potētes fuerint:erit natus magnaꝝ diuitiarum maxime ſi duo luminaria teſtificabūtur ibi teſtimonio cōcordato:id eſt aſpe ctu trino vel ſextili. Ptolemeus ſcias qđ Saturnus ſignificat qđ diuitie nati erunt ex parte mulierū:aut p labore terre:aut p maria. Et Jupiter ſignificat quod diuitie erunt pro ſeneſcalia vel pro donis bonorum ⁊ religioſoꝝ. Et Mars ſignificat quod diuitie erunt producēdo milites:aut gubernādo ho mines armorum. Et Uenus ſignificat quod diuitie erunt p donis amicoꝝ ⁊ mulieꝝ. Et Mercurius ſignificat qđ diuitie erunt pro ſcientijs ⁊ mercimo= nijs. Dicit Haly abenragel debemus in hoc primit⁹ inſpicere ad ſtellas fixas que ſūt prime in ſcđe magnitudinis. Et ſi aliquā eaꝝ inuenerimus in gradu aſcendētis:uel in gradu decime domus:aut in gradu ſeptime:aut in gradu q̄rte:aut i gradu ſolis ſi natiuitas fuerit diurna:vl' in gradu lune ſi natiuitas fuerit nocturna. Et melior hoꝝ locoꝝ oīum eſt gra.aſcendēs.deinde gra.10. domus:deinde gradus ſeptime:deinde q̄rte. Et ſi de p̄dictis ſtellis fuerit in duob⁹ locis:vel in trib⁹:aut plurib⁹ ſi natus fuerit cum hoc de pgenie regis erit rex altus. Et ſi de pgenie regali nō fuerit:habebit potētiā ⁊ mādatū ſimi le potētie ⁊ mandato regis ⁊ pueniet ad magnam nobilitatem ⁊ altū dñium ⁊ p̄cipiet ciuitatibus vllis ⁊ genti. Et ſcias qđ ſtelle fixe.ſ.primi honoris ele= uant hoiem ad altū gradum ⁊ magnam dignitatē ⁊ permutāt de infimo ad ſupremuꝫ. Hoc idem dicit ptolemeus in.29.ppoſitione centiloquij. ſtelle fi= xe dant dona modum excedētia:ſed multotiens finiunt in malum. Dicit Ha ly in cōmento eiuſdem ppoſitionis cum he ſtelle ſole prefuerint:ideſt ſine te ſtimonio fortunaꝝ planetaruꝫ erit mors illorum mors peſſima. Dicit Haly Abenragel quādo pars fortune fuerit cadēs:⁊ in malo loco:vl' fuerit ſub ra= dijs ſolis:aut in radijs infortune ⁊ dominus eius in loco peregrino ideſt in loco in quo nullam habet dignitatem ⁊ dominus ſecunde domus nō aſpe= xerit aſcēdēs:natus erit laborioſus ⁊ pauper ⁊ anguſta ⁊ miſera uita uiuet. Nō ē bon⁹ ſol neqꝫ mars neqꝫ ſaturn⁹ in ſecūda domo in aliqua natiuitate nec inde nat⁹ bonū hēbit:qm̄ ſol diſtruet planetas:⁊ aufert eis lumē:⁊ mars eſt ſignificator impedimētorum laborum ⁊ defectus ſubſtantie. Saturnus ſignificat pauptateꝫ ⁊ indigentiā ⁊ peius hoc toto eſt ſi dñs dom⁹ ſubſtantie fuerit cōbuſt⁹ cū dānatiōe ptis fortūe. Dicit abrahā auenezre ſi uolueris ſci re quis naſcētium fuerit pauper uel diues aſpice dñum ſecūde domus q ſi fuerit fortunatus erit diues:ſi cōbuſtus vel retrogradus vel in caſu ſuo erit paup:ſicut dictū eſt in natiuitatib⁹ ita intellige de queſtionib⁹. De electiōib⁹ que fiunt in hac domo dicit hyſpalēſis ſi volueris emere aliquā reꝫ cauſa lu crādi aſpice vt ſit luna in aſpectu trino vel ſextili ſoli:⁊ caueas ne ſit ſub luce

Solis:⁊ melius eſt:vt dñs aſcendẽtis det vim planete exiſtenti in decima vł
vndecima domo:ita qđ recipiens nõ ſit retrogradus.Si Jupiter ſit in aſcẽ-
dente quartadecima vel vndecima vel ſecunda domo bonũ eſt.Aſpice etiã
vt ſit pars fortune in bono loco:⁊ melius eſt vt dominus partis eam aſpi-
ciat vel Luna vel Sol.

Tertia domus. Hic ponit ſignificatiões tertie do-
mus:⁊ dicit quod tertia domus ſi-
gnificat fratres ⁊ ſorores ꝓpinquos ⁊ cognatos ⁊ dilectos:⁊ ſi-
gnificat fidem ac religionem mandata ⁊ legationes mutatiões:
⁊ itinera breuia.Et ſignificat eſſe vite ante mortem. Et dicit An-
durgaʒ dominus triplicitatis huiꝰ tertie domus primus ſignificat fratres
maiores.Secundus mediocres.Tertius minores:⁊ eorum ſtatus ⁊ digni-
tas iudicatur ſecũdum ſtatus iſtorum dominorum.Dicit Haly Abenragel
quando ſol fuerit dominus tertie domus ab aſcendente ⁊ combuſſerit do-
minum ſecunde domus aut partem ſubſtãtie ſignificat quod natus perdet
ſubſtantiam occaſione fratrum:⁊ ſoluet pro eis impoſitiones amiſſiones
⁊ damna multa.Quando dominus tertie domus ⁊ pars fratrum vel Ju-
piter fuerint inſignis communibus vel ſignis multorum filiorum ⁊ fortune
aſpexerint eos aſpectu amicicie:⁊ cum receptione:ſignificat quod natus il-
le primogenitus eſt a fratribus ſuis:⁊ quod habebit fratres potentes ⁊ bo-
nos.Si dominus domus fratrum fuerit cõbuſtus aut pars fratrum fuerit
combuſta vel ſi ſol fuerit in domo fratrum:aut in oppoſito Jouis:he ſunt ſi-
gnificationes paucorum fratrum ⁊ quod deſtruentur ⁊ expergentur.Quã-
do dominus domus fratrum infortunatus fuerit ſuper terram:ſignificat
quod dãnum ⁊ occaſio perueniet in fratribus qui fuerint ante euʒ.Et ſi ha-
buerit iſtud infortunium eo exiſtente ſub terra malum:⁊ damnum iſtud per-
ueniet ad fratres qui erunt poſt eum.Et hoc modo dices in bono ⁊ fortuna
quando fortunatus fuerit in locis bonis ⁊ fortibus.Si dominus domus
fratrum fuerit in aſcendente:ſignificat natum eſſe primogenitum:vel erit ſo-
lus ſine hoc quod unquã fratres habebit vel ſorores:vel quando inter aſcẽ-
dens ⁊ medium celi nõ fuerit aliquis planeta ſignificat ſimiliter quod natus
eſt primogenitus.Et ſi aliqui fratres naſcẽtur poſt eũ perdentur.Et ſi forte
aliquis ex eis remanſerit:ſemper tamen erit maior ⁊ melior.Quando in ali-
qua reuolutione annorum nati fuerit dominus tertie domus in decima ab
aſcendẽte natiuitatis aliquis fratrum eius morietur in illo anno.Similiter
ſi dominus tertie radicis natiuitatis fuerit in decima domo reuolutiõis:hoc
eſt ideo qꝛ decima domus ab aſcendẽte eſt octaua a domo tertia.Si aliquis
queſiuerit a te de ſtatu fratris ſui aſpice ſignum tertium ab aſcendente que
eſt domus fratrum ⁊ dominum ſue triplicitatis ⁊ dominum illius domus ⁊
que ex fortunis uel infortunis aſpicit ipſum ⁊ in quo loco eſt:quia ſi inuene-
ris dominum tertie domus in ſexta domo uel applicantẽ dño ſexte domus:
aut dñm ſexte in tertia.dicas quod frater eius eſt infirmus.Et ſi ipſum inue-
neris in quinta vel.i i.dicas quod frater eius non eſt in loco ſuo:qꝛ iuit extra
locũ ſuuʒ.Et ſi inueneris dominũ tertie domus infortunatũ:aut in.i 2.dicas

qđ frater ei⁹ eſt in anxietate aut in īfirmitate. Et ſi inueneris dn̄m tertie cum Marte ambos ꝯiunctos ⁊ combuſtioné intrātes ſub radȳs ſolis. dicas qđ nō euadet ab infirmitate. Et ſi ambo cōbuſti fuerint iudica modis omnibus mortez. Et hoc modo inſpicias ſi interrogatus fueris in reb⁹ ꝑtinētibus ad alias domus vt đ pr̄e vel filio vel vxoꝛe ⁊c̄. Dicit hyſpalēſis volēs incipere ꝓximum iter fac ut planeta fortuna aſpiciat domuz tertiam uel eius dn̄m ita qđ nō ſit ibi malus vel eius quart⁹ aſpect⁹ uel oppoſit⁹. Si eſt luna in tertia domo bonuz eſt. Cancer Leo ⁊ Capꝛicoꝛnus mali ſunt ꝑ bꝛeui itinere. Luna in aſcēdēte uel in q̄rta domo in omni electiōe malū. Cauendū eſt ne Luna ſit in via cōbuſta q̄ eſt a. 19. gradu libꝛe vſq̄ ad tertiū Scoꝛpionis. Cauendū eſt etiam ne ſit luna ꝓpe caput uel caudā draconis infra. 12. gradus.

Quarta domus. Hic ponit ſignificationes quarte domus. Et dicit ꝙ q̄rta domus ſignificat p̄res ⁊ hereditates ⁊ fines reruz: ⁊ ſignificat theſauros ⁊ omnes res occultas ⁊ abſcōditas: ⁊ ſignificat finem vite. Et dic̄ anduzgaz dn̄s triplicitatis quarte domus p̄mus ſignificat patres. ſecundus ſignificat ciuitates ⁊ terras. tertius ſignificat finem rerum ⁊ carceres. Dicit Haly abenragel. Aſpice ſtatum patris a dominis triplicitatis quarte dom⁹. Si dominus triplicitatis quarte domus pꝛimus fuerit in domo vel in exaltatiōe ſua: aut in ſuo haiz receptus a ſole vel Joue ⁊ fuerit in alto loco medij celi uel in quinta domo ſignificat bonum ſtatum pr̄is nobilitatez altitudinē ⁊ diuitias poſſe ⁊ longā vitam ⁊ bonam foꝛtunā ⁊ hoc ſi ſignum in quo fuit hic planeta fuerit maſculinū: tamen ſi ſignū ipſum fuerit femininū ſignificat matri ea que diximus: ⁊ maxime ſi planeta fuerit feminin⁹. Quid ſit haiz exponet̄ poſtea deo cōcedente. Et ſi ſecūdus dn̄s triplicitatis q̄rte domus fuerit foꝛtūat⁹ pr̄ hēbit terras ⁊ popl'abit eas ⁊ laboꝛabit in eis ⁊ hēbit ex hac ꝑte bonā vtilitatē aut lucꝝ. Et ſi fuerint hi planete in eſſe diuerſo ſeu cōtrario ꝯtrium iudica. Et ſi dn̄s triplicitatis q̄rte dom⁹ tertius fuerit foꝛtis ⁊ foꝛtunatus ut prediximus: pater erit homo qui extrahet theſauros ⁊ vineas īcidet: ⁊ aptabit lapides pꝛecioſos. Et ſi fuerit in diuerſo ſtatu ab eo qđ dixim⁹ erit inciſoꝛ lapidum vel laboꝛabit in materijs malis ⁊ fetētibus. Si ſol in natiuitatibus diurnis vel ſaturnus in nocturnis. Et ꝑs pr̄is ſil'r aſpexerint aſcēdēs uel ei⁹ dn̄m de q̄to uel oppoſitiōe ſignificat ꝙ pater nati filiuz abhoꝛrebit ⁊ odiet eū ⁊ ꝓcurabit vt interficiat̄. Et ſi luna ⁊ pars matris aſpexerint aſcēdēs uel ei⁹ dominum abhoꝛribilitas illa ⁊ maliuolētia in filiū erit a matre. Dixit hermes quarta domus eſt fouea planetarum quoniā eſt in fundo circuli celi ⁊ infirmitate: ⁊ eſt in trino aſpectu. 12. domus. que eſt domus tenebꝛarum laboꝛum anxietatum ⁊ carcerum: ⁊ eſt gaudium infoꝛtune maioꝛis: ⁊ eſt in ſextili aſpectu ſexte domus que eſt domus tenebroſa infirmitatis ⁊ damni ⁊ gaudium īfoꝛtune minoꝛis. Quādo aliquis planeta fuerit in quarta domo ⁊ in ſuo caſu eſt ſicut homo in ſolitudine ſuffocatus donec exeat inde. Dicit Haly abenragel quādo pars foꝛtuune fuerit īfoꝛtunata in ſigno maſculino iudica quod pater p̄us moꝛiet̄ quam mater. Si in ſigno feminino mater pꝛius moꝛiet̄ quā pater. Pars patris accipitur đ die a ſole in ſaturnū: ⁊ de no-

ete ecõtra ⁊ proiicitur ab aſcendente. Pars matris accipitur in die a venere in lunam ⁊ de nocte econtrario ⁊ proiicitur ab aſcendente. Si domin⁹ partis patris fuerit ſuper terram ⁊ dominus partis matris ſub terra iudica ꝙ mater prius morieť q̃z pater. Et ſi cõtrarium fuerit contrarium iudica. Dicit Haly abenragel dixit albezen filius albezib. Quadm die cum eſſet cuz abolabẽ ⁊ fuit cum eo meraefo venit ad me qdam ſenex ⁊ dedit mihi chartam vnam in qua ſcripta erat vnius natiuitatis figura. ⁊ dixit mihi quod aſpicerez in eadem figura: ⁊ ego queſiui ob eo cuius erat illa figura ſeu natiuitas. qui reſpõdit quod erat cuiuſdam filij ſui ⁊ dum inſpicerem ⁊ cogitarem in ea abolabẽ accepit eam de manu mea ⁊ aliquantulũ aſpexit in ea ⁊ dixit. Primum ꝙ in hac natiuitate videmus eſt ꝙ natus iſte ortus eſt de adulterio quia nõ eſt filius illius qui dicit ꝙ filius eius eſt. Ego dixi vnde habes hoc ⁊ reſpondit. ſenex iſte dicit quod hec natiuitas eſt filij ſui ⁊ pater nati cuius eſt hec natiuitas iam ſunt quattuor anni ꝙ deceſſit ⁊ obiit eodem anno quo natus ortus fuit. Et ego queſiui vnde habebat hoc. ⁊ ipſe dixit: ego aſpexi ad gradum patris ⁊ inueni eum in oppoſito matris ⁊ non erat inter eos plus vno gradu. Et inueni ptem p̃ris in. i i. domo ab aſcendẽte que eſt octaua ⁊ quarta ⁊ erat inter ptem ⁊ ſaturnum vnus gradus ꝓpter qđ iudicaui ꝙ pr̃ huius nati anno quo natus fuit ortus deceſſit. ⁊ hic ſenex dicit qđ eſt filius eius vnde nat⁹ adulterinus eſt. ⁊ tunc ſenex dixit: ego nõ ſum pater huius nati ſed eſt filius filij mei ⁊ filius meus. pater eius deceſſit eodem anno natiuitatis iſtius ſicut hic homo bonus dixit.

Quinta domus.

Hic ponit auctor ſignificationes q̃nte domus. Dicit quod hec domus ſignificat filios tam maſculos q̃z femininos. Et ſignificat dilectiones ⁊ legatos ſiue nuncios ⁊ dona. Et ꝙ futurum ſit poſt mortem ex laude vel vituperatione. Et dixit anduzgaz quod dominus triplicitatis domus filiorũ p̃mus ſignificat filios ⁊ vitam eoꝝ. Secũdus deſignat dilectiões. Terti⁹ ſignificat legatos ſiue nuncios. Dicit Ptolemeus in rõnib⁹ huius domus cõuenit ut inſpiciamus ad planetas exiſtẽtes in loco zenith capitũ noſtroꝝ ⁊ ad locum qui ſequiť illum. ⁊ eſt locus fortune ⁊ ad locum pticipem cum illis in figura. Dicit Haly in cõmento locus qui eſt zenith capitũ noſtrorum eſt. 10. domus. ⁊ locus qui ſequiť eſt. 11. domus q̃ eſt domus fortune. Et regula qua ſciemus eẽ filiorũ eſt accepta a planetis exiſtẽtib⁹ in his locis aut exiſtẽtib⁹ in locis pticipãtib⁹ cũ eiſdem ſicut eſt aſcẽdens ⁊. 7. domus q2 vtraqz eaꝝ pticipat cũ 10. ⁊ 11. Et ſi nõ inuenerim⁹ in his locis planetã iſpiciemus ſi quos iuenerim⁹ in. 4. domo. vel. 5. ⁊ accipiemus inde ſignificationẽ. Dicit Ptoleme⁹ ⁊ luna venerẽ ⁊ Jouẽ iudicabim⁹ in dando filios. Solẽ martẽ ⁊ ſaturnum in auferẽdo ⁊ dabimus mercuriũ pticipatorẽ cũ quocũqz eorũ qui ſecum pticipet in figura. Dicit Haly in cõmento. Si fuerit in locis p̃dictis aliqs ex planetis fortunis ſignificat ꝙ hẽbit filios. Si aliqs ex infortunis nullum hẽbit filium ⁊ ſi habuerit erunt debiles ⁊ pauci. Et ſi mercurius pticipationẽ habuerit cum fortunis erit fortuna: ſi cuz infortunis erit ifortuna. Dicit Ptoleme⁹ ⁊ ẽ ꝓpoſitio 144. quarte partis res pti-

culares filiorum poteris ſcire per cōſiderationem qn̄ bene inſpexeris in quo
libet eorum ad planetam dantem filios ita quod eum ponas loco aſcéden
tis ⁊ ſcies cetera pticularia filiorum generaliter ſicut per natiuitatem. Dicit
Haly in commēto. Quod autem vult Ptolemeꝰ in hoc loco narrare eſt id qđ
accidit in natiuitate mea. Inſpexi ⁊ iueni Iouē in decima domo ⁊ in. 28. gra
du capricorni aſpiciētem ſe cum luna ⁊ ſaturno ⁊ ſignificabat hoc ꝙ haberē
filios ⁊ quod morerent: quia ſaturnus erat cum Ioue in. 10. domo. ⁊ quia Iu
piter erat in ſigno feminino ⁊ luna ſimiliter ſignificabat quod eſſent plures
vno ⁊ ꝙ eſſent plures femine. Et qꝛ Jupiter erat oriētalis: ſignificabat ꝙ hē
rem maſculum. ⁊ ſic habui tres filios. vnum maſculū ⁊ duas feminas: ⁊ oēs
obierunt: erat aūt gradus aſcendēs natiuitatis maſculi circa gradū ſaturni
in mea natiuitate ⁊ ꝓpter hoc mortuus eſt cito. Et erat gradus aſcēdens vni
us femine in piſcibus in ſextili Iouis in mea natiuitate ⁊ in trino lune mee na
tiuitatis: ⁊ erat ſol ylech in ſigno capricorni. Et erat gradus aſcendēs alteriꝰ
femine in capricorno. ⁊ hoc eſt mirabile: ꝓpter qđ ſciri pōt ꝙ natiuitates ſem
per inter ſe cōcordāt vna cū illa. Dicit hyſpalenſis volens horā generādi fili
um eligere maſculum: ſit Jupiter in quouis angulo vel ſit ſoli oriētalis ſitq̄
dn̄s hore maſculus ⁊ melius eſt vt ſignū aſcēdēs ſit maſculinū ⁊ ēt eius dn̄s.
⁊ ſi luna ſit fortunata a Ioue erit melius. Pro femina accipe ſigna feminina
⁊ planetas femininos ⁊ ſit Jupiter occidentalis. Dicit Haly abenragel qn̄ in
qnta domo fuerit aliqua fortuna ⁊ dn̄s qnte domus liber ab infortunijs ⁊ aſ
pexerit medium celi natus multos hēbit filios ⁊ viuent ac ibunt ad bonū. Et
ſi fuerit cōtrarium: cōtrariū ſignificat. Aſpice in oībus natiuitatibus ſi inuene
ris luminaria infortunata non habentia ullum aſpectum: fortune natus ha
bebit paucos filios. ¶ In ſciēdo tēpus in quo habent filij aſpice ad planetā
qui habuerit plures dignitates in domo filioꝝ. ſi eū iueneris in pte oriētali
hēbit filios in iuuētute ſua. ſi eū iueneris medio celi hēbit eos in medio etatis
ſue. Et ſi in ſeptima hēbit eos in pncipio ſenectutis. Si in qrta hēbit eos cir
ca finē vite ſue. Silr̄ qn̄ annꝰ ꝑuenerit ad ſignū in quo fuerit Jupiter vel ve
nus in radice natiuitatis hēbit filiū in illo anno. Dicit Haly abēragel ſi iterro
gatꝰ fuerit ꝑ muliere ſi eſt p̄gnās aut nō aſpice ſi dn̄m aſcēdētis ⁊ lunam am
bos iueneris in domo filioꝝ: aut ſi inueneris dn̄m domꝰ filioꝝ in aſcendente
liberū ab ifortunis: dicas qđ mulier illa ſit p̄gnās. ⁊ ſi dn̄s aſcēdētis aut dn̄s
domus filiorū dederit vim ſuam planeta exiſtēti in angulo. Et ſilr̄ ſi dn̄s aſcē
dētis receptus fuerit ⁊ recipiēs ipſum receptus. dicas qđ eſt pregnans. Et ſi
dominus aſcendētis dederit vim ſuam planete cadenti ab angulo: ſignificat
quod non eſt pregans.

Sexta domus.

Hic ponit ſignificatiōes. 6. domꝰ. Di
cit ſexta domꝰ ſignificat ifirmitates ⁊
ſeruos ⁊ ſignificat finē vite ⁊ qđ futuꝝ ſit an̄ ſenectutē. Dixit āduz
gaz ꝙ pmꝰ dn̄s triplicitatꝭ huiꝰ domꝰ ſignificat ifirmitates ⁊ ꝯua
leſcētias ſiue deterioratiōes ifirmitatū. Scđs ſignificat uernacu
los ⁊ ſeruos. ¶ Nota dr̄iā iter vernaculū ⁊ ſeruū. vernaculꝰ eni idē ē ꝙ famulꝰ
⁊ vocat ſeruꝰ ꝯducticiꝰ. ſeruꝰ eſt qui eſt cōditiōis ſeruilis. Un̄ dixit qdā verſifi

catoꝛ. Eſt ꝓbꝰ hic verna cui nõ eſt cara taberna. tertiꝰ dñs triplicitaꝫ ſexte domus ſignificat qd boni vel mali eueniat ſibi ex ſeruis ⁊ eoꝝ vtilitatẽ atqꝫ opa. Et cũ hoc eſt ſignificatoꝛ beſtiaꝝ ⁊ pecoꝝ ⁊ oiuꝫ q̃drupediũ que nõ equitanť ⁊ ſignificat multitudinẽ vel paucitatẽ ⁊ foꝛtitudinẽ eoꝝ ⁊ q̃tũ mãebũt in manu eiꝰ ⁊ qñ recedẽt a ſuiꝫ mãibꝰ. ſignificat ẽt carcereſ ⁊ retẽtiõeſ. Dicit Ptolemeꝰ in. 60. ꝓpõne cẽtiloquij. Alboharã ſane ⁊ certe ſũt hore i qbꝰ declaranť mutatiões moꝛboꝝ ad bonũ vel ad malũ uelociter ẜꝫ loca lũe in ãguliꝫ q̃drati ꝯ cluſi a circulo directo. Alteratiões vͦ q̃ p̃cedũt has ⁊ idicãt ſũt vera loca lũe in ãguliꝫ almutemõ. Que ãt p̃cedũt has ſũt loca lũe i ãguliꝫ hñtibꝰ. 16. latera. Et h̓ poſtq̃ꝫ p̃ceſſerit eẽ egritudis ẜꝫ eq̃litatẽ ⁊ nõ acciderit aliqd extriſecꝰ ꝙ ꝯturbet iſirmũ. cũ igiť iuenerimꝰ h̓ foꝛtunã tã de fixis q̃ꝫ de erraticis ſignificabit alteratiõe ꝓſperã. Si vͦ in foꝛtunã alteratiõe aduerſã niſi fuerit egritudini ipſa infoꝛtuna cõtraria ⁊ in ſuo haiꝫ. Luna vero in his angulis ſignificat moꝛbos acutos ⁊ ſol ꝓlixos. Et ſilr ois planeta ẜm ꝓprias cõſuetudines. ¶ Ha'y in cõmẽto eiuſdẽ dicit ꝙ Ptolemeꝰ docuit nos cãm dierũ determinabiliũ ⁊ qd ſint ⁊ qñ determinenť de bono vel de malo ⁊ alterationes ẜm oꝛdinẽ. Utilitas vͦ in hoc maioꝛ eſt medicis q̃ꝫ aſtrologis. ⁊ hoc iõ quia multi philoſophi cõueniũt ſup determinationes dicẽteſ ꝙ ſunt alterationes ⁊ ꝑlia inter nãm egri ⁊ moꝛbi acuti in q̃rta die ⁊ ſeptima die ⁊ .14. die ⁊ .21. ⁊ que augenť ſcðm hoc accepta ſolo auditu ⁊ doctrina ſine ſciẽtia. ⁊ non rationanť in hoc niſi per illud ꝙ preterijt de experimentis ſuis. Sed Ptolemeus dixit cãm eiꝰ ⁊ patefecit vñ fiat. ⁊ cã ẜm Ptolemeũ eſt qꝛ nã deuicta eſt a moꝛbo in initio eiꝰ ⁊ ꝓhibet eã ne ꝓcedãt eiꝰ opa ſcðꝫ eq̃litatẽ nec repugnat illa moꝛbo in hoꝛa qua vinciť: ſed expectat vt ſit luna in ꝯ̃rio loco illi in quo fuit in p̃nͦ moꝛbi: qꝛ tũc nõ erit vis hũoꝝ q mouenť in eo ſic fuit in p̃nͦ moꝛbi. tũc eni icitať vt repugnet illi ſicut nõ agit prudẽſ actoꝛ cũ accuſato iſipiẽte cũ voluerit illi repugnare niſi cũ eius virtus debilitata fuerit ⁊ in illo loco in quo careat auxiliatoꝛibus. Et excitat illam. ſ. naturam in quarto ſigno a ſigno in quo incepit egritudo ⁊ luna exiſtente in illo qꝛ ab omni ſigno quartum cõtrarium eſt nature eius: ⁊ ſimiliter ſeptimum: qꝛ hec loca. ſ. quartus aſpectus ⁊ oppoſitus ſignificant inimicicias ⁊ contrarietates. Et tempus quod eſt iter initiũ moꝛbi ⁊ introitũ lune in gradu quadrati in quo fuit in initio moꝛbi per aſcẽſiones ſignoꝛum in circulo directo ⁊ ꝓiectiones radioꝛum ſunt ſeptem dies: ⁊ eodem modo quod eſt inter lunam in initio moꝛbi ⁊ ipſam in oppoſitione ſunt. 14. dies: ⁊ quod eſt inter initium moꝛbi ⁊ q̃rtum aſpectum ſcðum qui eſt contrarius initio moꝛbi ſunt viginti vnus dies. ⁊ ſecundum hunc modum ꝓcedit modus alioꝛum dierum. Et erunt hec puncta anguli quadrati quẽ includit linea circuli directi: ⁊ illis punctis alia puncta ſunt indicatiua: ⁊ eſt vt perueniat luna ad punctum qui abſcindit vnumquẽqꝫ arcum cui ſubtendiť latus de lateribus q̃drati per medium. Et in his arcubus ſunt latera figure habẽtis octo angulos. Et omnia hec puncta cõtraria ſunt punctis in qbus icepit moꝛbus per nãm. Igiť obſeruet aſtrologus qd fuerit in hiꝫ punctis tam de ſtellis fixis quã de erraticis ſiue fuerint foꝛtune ſiue ifoꝛtune. Et ſi foꝛtune fuerit iudicet quod ſignificãt victoꝛiã nature ſuper colera. infoꝛtũe

vero ſignificant qđ colere ſaperabunt nam niſi fuerit infortuna cōtraria mor bo ⁊ fortis in ſuo baiz.non enim fortunabit lunam cum fuerit in ſuo baiz.ſed remouebit morbum per hoc quod eſt illi contraria:⁊ per hoc quod iſortuna eſt contraria morbo vt ſi fuerit frigida ⁊ morbus calidus:⁊ ſi fuerit calida ⁊ morbus frigidus ⁊ cum his ſimilibuſ in ſpecie diuerſitatum.Et dicit qđ eē ſo lis in morbis prolixis ſit ſicut eſſe lune in morbis acutis quorum mai⁹ tēpus erit orbis lune ⁊ in plixis orbis ſolis. Innuit etiam nobis Ptolemeus ſubti le qd:cum diceret omnis ſtella ſcđm quod eſt illi de moribus.Docuit quippe nos quod qcqd immoderatū eſt in nobis ⁊ fuerit in moribus quos in cōſue tudine non habemuſ dicit̄ pro morbo.Et dixit iuſtum eſt hoc niſi accidat ali quid extrinſecus quod diſturbet ordinem determinationis. ⁊ locuti ſunt de re que deſtruit determinationem hi qui expoſuerunt librum amphoriſmorꝫ ypocratis:⁊ ideo non neceſſe eſt nobis recitare in hoc libro.Tota itētio Pto lemei ⁊ Haly ſtat in hoc qđ cauſa quare.7.dies.⁊.14.⁊.21.ſunt dies cretici eſt q: luna in ſeptima die vt frequenter venit ad quartum aſpectū loci in quo fu it in principio morbi:⁊ vt frequēter luna in.14.die venit ad locum oppoſituꝫ ⁊ in.21.die vt frequenter venit ad ſcđm quartum aſpectum. Ideo dicit Haly cum voluerit aſtrologus iudicare de die cretica debet obſeruare temp⁹ quo luna veniet ad quartuꝫ aſpectum loci in quo fuit in ṗncipio morbi ⁊ ſi tūc cō iungat̄ cum planetis beniuolis:vel aſpiciat ipſos aſpectu laudabili:vel ſi cō iungat̄ vel aſpiciat ſtellas fixas que ſunt de natura fortunarum ſignificat ꝙ criſis erit ad bonum.Et ſi coniungat̄ vel aſpiciat infortunas ſignificat cōtra rium niſi infortune fuerint contrarie materie morbi:⁊ cum hoc fuerit infortu na in ſuo haim:quia tunc poteſt ſignificare bonum:ſed hoc eſt per accidens. Uerbi gratia:ſi egritudo ſit flegmatica ⁊ luna aſpiciat martem ſignificat bo num.Et quando luna peruenerit ad bonum locum cui ſubtendit̄ latus octo goni in equatore erit dies indicatiua.Latus octogani ſunt.45.gradus.⁊ eſt medietas aſpectus quarti.⁊ licet non ſit aſpectus habet tamen maiorem cō uenientiam cum aſpectu ꝙꝫ alia loca:⁊ ideo quando luna in quarto aſpectu debet coniungi fortunis cum in medietate illius loci peruenerit iam natura ſentit iuuamentum ⁊ incipit inſurgere contra materiam morbi digerēdo ip ſam:⁊ iō tunc apparent ſigna digeſtionis in vrina.⁊ aliquādo fit criſis in q̄r ta die.ſ.quādo luna inuenit ibi planetam fortunam:⁊ tunc ſigna digeſtionis debent precedere in tempore quo luna peruenerit ad locum cui ſubtendit̄ la tus.16.angulorum ⁊ hec eſt medietas octogoni.Sufficiant hec de cauſiſ die rum creticorum.Dicit Ptolemeus in.70.ppoſitiōe centiloquij cum fuerit lu na in oppoſitione ſolis mixta ſtellis nebuloſis ſignificat morbos inſeparabi les in oculis.Et ſimiliter ſi fuerit occidentalis luna ⁊ in angulo ⁊ fuerint vtri qꝫ mali occidētales aſcēdētes poſt lunam ⁊ ſol in angulo ⁊ vtriqꝫ mali aſcen dētes ante ſolem ⁊ illi oppoſiti.ſ.vnus alteri perdet natus vtrunqꝫ oculum.

¶Dicit Haly in cōmento eiuſdem.maius impedimētum in duobus lumina ribus eſt cū fuerint duo mali ideſt ſaturn⁹ ⁊ mars aſcēdētes añ ſolem ⁊ poſt lunā:⁊ vn⁹eorꝫ in oppoſitione alteri⁹.⁊ ſol ſignificat oculum dextrū.luna ve ro ſiniſtrum.Et in euitabile eſt quin nat⁹ amittet vtrūqꝫ oculum cuꝫ fuerit ſi

gnificator in eius natiuitate hoc mō. Stelle vō nebuloſe ſūt he ab horaye: caput geminoꝝ: ꝛ locus in quo cadit aqua quā fundit aquarius gutte leonis ꝛ alie que nō lucent. Dicit Haly Abēragel in rōnibus huius domus primitus loqui volumus in hoc capitulo in occaſionibus ꝛ accidētibus que accidunt in ſpiritu ꝛ ſunt infirmitates ſpirit⁹. Poſtmodum loquemur in his que accidunt in corpore ꝛ ſunt infirmitates corporis. Poſtea dicit dico ꝙ demoniaci ſunt illi qui non habent in natiuitatibus ſuis Mercurium cum luna in aliquo aſpectu: nullo eoꝝ aſpiciēte aſcendens: ꝛ fortior in natiuitate ſua ſi diurna fuerit ꝙ ſit ſaturnus: ꝛ ſi nocturna Mars: ꝛ quis eoꝝ fuerit ſit in angulis ꝛ hec eſt natiuitas demonuꝫ. Quādo ſol dānatus fuerit ab infortunis uel a domino dom⁹ infirmitatis ꝛ fuerit ſuper terram in natiuitate diurna vel luna in tali dānatione ſub terra in natiuitate nocturna accidet nato cecatio in oculo dextro. Et ſi hoc īfortuniū ſolis fuerit ſub terra in natiuitate nocturna uel ſuper terrā lune in natiuitate diurna iſtud damnum ꝛ cecatio erit in oculo ſiniſtro. Quando ſol ꝛ luna fuerint ambo in ſexta domo infortunati nat⁹ ſine aliqua dubitatione cecabitur. Quādo Mercurius fuerit iunctus cum ſaturno uel in ei⁹ aſpectu quarto vel oppoſito: aut fuerit cadens ab angulo in loco vili ꝛ infortunato: aut combuſtus fuerit vel retrogradus: aut pegrinus in ſigno muto nat⁹ ex quacunqꝫ harum ſignificationum erit lingua dānatus vel mutus. Quādo Mercurius fuerit dñs ſexte domus: vel in oppoſitione ſaturni nat⁹ ſurdus erit. Maior ꝛ fortior ſignificatio mutitatis eſt qñ dñs aſcēdentis ꝛ dñs exaltatiōis ſue: ꝛ dñs triplicitatis eius: ꝛ Mercuri⁹ ꝛ luna ſint omnes in ſignis mutis. Quando ſol fuerit infortunatus vel dānatus ſub terra ſignificat dānationem ſtomachi. Et qñ luna fuerit dānata ſub terra: ſignificat damnationē pulmonis. Et ſi Mars fuerit hoc modo: ſignificat dānationem epatis. Et ſi Saturnus hoc modo fuerit: ſignificat dānationem ſplenis. Et ſi Mercurius hoc modo fuerit: fellis damnationem ſignificat. Dicit Ptoleme⁹ in. 89 propoſitione centiloquij deteſtabili⁹ in ſignificatione egrotātis eſt vt ſit ſignificator interrogationis ingrediēs ſub radijs vel ſit pars fortune infortunata. Dicit Haly Abēragel in queſtionibus huius domus ſi queretur a te pro aliquo infirmo utrum ſanabitur aut non: aſpice lunam ꝛ ſolem ꝛ almutem aſcendētis: ꝛ ſi fuerint liberi ab infortunis ꝛ non habuerint aſpectū cum domino domus mortis. dic ꝙ euadet ab illa infirmitate. Et ſi duo eorum fuerint ſicut diximus ſimiliter euadet. Et ſi luna ꝛ almutē aſcendentis: ꝛ maxime ſi ipſa fuerit domina temporis. i. ſi q̄ſtio fuerit nocturna habebūt aſpectū cum domino domus mortis nō poterit liberari a morte. Et qualibet uice qua aliquis ſignificatorū applicuerit infortune fortificabitur infirmitas quouſqꝫ ſeperetur ab eo. Tempus mortis erit quādo almutem aſcendentis: aut luna ſe coniunxerint cum domino domus mortis: aut cum infortuna que ipſam infortunauit: aut ꝙ applicet ad quartum uel oppoſitum aſpectum eius.

Septima domus.

Hic ponit ſignificatiōes ſeptime domus. Et dicit ꝙ ſeptima domus ſignificat mulieres ꝛ nuptias ꝛ cōditiones ꝛ oppoſitiōes. Anduzgam

